BIBLIOTHÈQUE FAUTEUX

DOCUMENTUM

SEMINARII MARIANOPOLITANI

DE DISMEMBRATIONE PAROCHIA.

Emi ac Rmi Patres

1. Opus quod sensim perficere eximius Marianopolitanus Episcopus meditatur, jamdiu excogitatum fuerat, jamdiu propositum, at semper usque ad novissimum tempus rejectum.

2. Institui nunquam illud poterat, nisi plures ecclesiae extruerentur, nec in illa regione erat expectandum ut quisquam aliquot CENTENA NUMMORUM MILLIA erogaret praeter Seminarium. At Seminarium ab his sumptibus abstinuisset si exitum praevidere potuisset. Iam tum vigebant causae, quas hodie Episcopus uti UNICUM dismembrationis fundamentum affert, auctus populi numerus, civitatis amplitudo. Quid ille uti perpetuum remedium obtulit? idipsum quod hodie maximo sumpto absolutum inutile censuit.

Dismembrationis originem sumit Episcopus ex ONEROSA Seminarii conventione, quam IPSE provocaverat UT DISMEMBRATIO AVERTERETUR.

3. Foedus, inquam, AB EPISCOPO fuit propositum, auctore, ut ipse ait, Emo ac Rmo S. Congregationis Praefecto. Testis Episcopus in *primo libello* hac de re ad S. Ordinem oblato « ibi » *Je n'ai qu'une courte observatione à faire là dessùs* (de paroecia), *c'est que lorsque je rendais compte de mon diocèse en* 1855, *Votre Eminence m'ayant donné l'idée de ce mode de desserte, je me suis*

senti plus fort ***POUR PRESSER LE SÉMINAIRE*** *de se partager ainsi pour aller plus efficacement et sans perdre autant de temps, au secours de tous les paroissiens* ». Atque in secundo libello, *par.* 2. *princ.* « ibi » *De son côté le Séminaire se voyant débordé par les besoins d'une population toujours croissante, s'est décidé, a* ***L'INSTIGATION DE L'ÉVÊQUE****, à construire d'autres églises* ». Quod autem conditio, mens, anima istius foederis ea esset, *ut quodlibet dismembrationis periculum* removeretur, idem Episcopus testatur *in eod. libello, par.* 2 « ibi » *Nous avons déjà dit comment la desserte d'un peuple innombrable étant devenue radicalement impossible, le Séminaire* ***POUR PRÉVENIR LE DÉMEMBREMENT DE SON IMMENSE PAROISSE ERIGEA DE NOUVELLES ÉGLISES*** *dans les grands centres de population, que le curé ou Supérieur desservait par les prêtres de sa communauté* ».

4. Ita factum est ut Seminarium non modo aream emeret antiquae ecclesiae cathedralis, sed etiam BIS illam FUNDITUS EXTRUERET, cum semel iterumque incendio absumeretur: ut ALIAM *Deiparae gratiarum* aedificaret anno 1850 : ALIAM rursus S. Annae conderet anno 1852: mox ALIAM S. Vincentii anno 1859: deinde ECCLESIAM S. Josephi anno 1861; ac nuperrime demum, anno 1863, quinque supra viginti nummorum millia ipsi episcopo numeraret ad ECCLESIAM redimendam, in qua hodie Episcopus paroeciam Infantis Jesu collocavit. Quibus in operibus egregiam vim impendit nummorum fere TERCENTUM MILLE. Hoc autem ut perficeret, cum nec auri fodinas habeat, nec regnorum opes, multa perferre debuit, multa utcumque pia et salutaria incaepta praetermittere, grave aes alienum suscipere, cujus hodie quotannis ingentes usuras persolvit, nonnulla dominia ven-

dere, quorum valor quotidie augebatur. Quid hodie Episcopus? Aedificatis ecclesiis, nunc animadvertit quod quatuor ante annis idoneum remedium erat, non sufficere, ac dismembrationem requirit.

5. Concedite PP. Emi, aequam dicendi libertatem. Hoc propositum ea ratione defenditur quae nunquem erat expectanda. In juris et facti quaestionibus Congregationis presbyteri alienissimis insimulationibus ac pene invidia provocantur. Impedimenta opponunt quae ab iis certe non pendent, sed a laicali potestate in decretorum exequutione? Ecclesiasticae jurisdictionis osores notantur, et assertores alienae. Universus catholicorum coetus in illa regione commovetur, ita ut ephemerides, populares conciones, civiles magistratus omnes clamoribus insurgant? Sex Hibernensium millia, quae trium vix dierum lapsu, protestationem obsignant, indocilitatis, perduellionis insimulationem offendunt. Si reliqua civitatis pars, gallicae originis, hanc accusationem verita, a quolibet plebiscito abstinet, objicitur neminem conclamare. Omnino autem quidquid protestationis undecumque in vulgus prodeat, Congregationi tribuitur. ex illo fonte derivat! Hinc Episcopus scripto non diffitetur catholicae fidei propagationem, curam animarum exemplari studio gestam, multa ac magna cultus, pietatis, caritatis opera incredibili pecuniae vi comparata, Seminario deberi. Illinc et Episcopus et illius procuratores redarguunt nihil aliud quam officii debitum Seminarium implevisse: curam autem retineri ab eo non posse nisi Ordinarius exercentes ad nutum amoveat. Deus et dies veritati viam sternent: Vestrum erit, Emi Patres, aequam omnibus justitiam impertiri.

De invocato ex laicali potestate impedimento et perduelli resistendi animo accusationes refelluntur.

6. Interea, si Episcopum audias nulla cuiquam spes salutis esset contra dismembrationum decreta quae ipse condidit. In omnibus enim ad Seminarium, ad fabricae

De Episcopi errore quod non modo dismembrandi facultatem, servatis servan-

dis, a S. Sede accepert, sed etiam novissima ipsius decreta PONTIFICIS NUTU, omnino servari debeant.

administratores, ad populum literis affirmat, quidquid agit, non sibi tribuendum, sed PONTIFICI. Veremur ne Praesul egregius sacrum Pontificis nomen ultra quam fas est usurpet, atque illius suprema auctoritate populum coercere velit, quem jure et rationibus compescere non posset.

Sacra Congregatio decrevit et sanctissimus in audientia diei 10 decembris 1865 sancivit: « *Attentis spiritualibus fidelium indigentiis FAS ERIT Episcopo Marianopolitano, SERVATIS de jure servandis, praedictam Seminarii parochiam, in tot distinctas parochias dividere, quot duxerit necessarias, relicta tamen congrua territorii ac populi parte antiquae parochiae etc.*

Demonstrandum infra suo loco erit, in jure dismembrandi facultatem, etiam apostolico nutu datam, *causas si aliunde deficerent non supplere*. Nihil aliud modo quam germanam decreti significationem videamus. Quaerebatur utrum semper et omnino prohiberi Episcopus a paroeciae divisione posset. Vos, Emi Patres, testamur, nullum divisionis exemplum fuisse propositum, nullos fines, nullum ecclesiae nomen. S. Ordo in generali quaestione censuit dismembrationem fieri posse.

Generale S. Ordinis decretum non impedit quominus INJUSTA divisio EXEQUUTIO, et specialis contra veritatem et opportunitatem ejus inhibeantur.

7. At primo nihil jussit, sed veniam tantummodo concessit iis verbis « *fas erit* » : ac proinde vehementer errat Episcopus qui se in literis OBLIGATUM clamat. Praeterea aliud est quidlibet fieri posse, et longe aliud veniam contra leges, contra formas, contra canones, veritatem, contra utilitatem omnium *in peculiari casu accomodare*. Hoc prudentissimus Ordo Vester perspicue distinxit cum clausulam adjecit « SERVATIS DE JURE SERVANDIS » Utcumque igitur Pontifex veniam dederit, quidquid DE JURE non est, non a Pontifice emanat, sed ab Episcopo; et corrigi debet vi ipsius decreti quod Ordinarius ad dismembrationes sustinendas detorquet. Atqui

de jure servari debet *forma* in procedendi methodo: servari debet *substantia* in causis dividendi; his autem postpositis Episcopi decreta corruunt, quamvis S. Congregationis decretum perpetuo consistat.

8. Desinat propterea Marianopolitanus episcopus et formae et juris violationem PONTIFICIS imperio adscribere, a quo nihil tam alienum est quam pati, ut sapientis providentiae suae consilium, in veritatis ac justitiae laesionem convertatur. Praedicare desinat fidelibus: « *Cette grave question ayant été jugée après un long et sérieux examen, il ne nous reste plus à prendre d'autre parti que celui d'une humble soumission*; Rome a parlé, *devons nous dire avec S. Augustin*, la cause est finie: *c'est à dire, qu'il n'y a plus à discuter, mais qu'il faut se soumettre aveuglément* » (*Lettre* 20 *octobre* 1866 *aux fidèles de S. Jacques*). Utique ROMA LOQUUTA EST, servanda de jure, omnino servari debere: pareat igitur Episcopus huic legi oportet non secus ac Seminarium. Sed illud vere gravissimum accedit, Pontifici tribui quod maxime pacem, concordiam, publicum totius provinciae ordinem minitatur.

Hactenus, Deo favente, in illa anglicae ditionis parte, tantam acatholici gubernii protectionem amplissimus fidelium coetus expertus est, ut vere dici possit, si hanc unam excipias romanam supremi Pastoris familiam, nullam Europae gentem pari in Ecclesiae negotiis libertate ac felicitate florere. Hodie primum non S. Sedis decretum sed exitialis illius usus ita gubernii moderatores perculit, quorum certe interest turbas, seditiones, dissidia inter varias civium stirpes arcere, ut nihil potius illi habeant, quam episcopalis consilii exequutionem totis viribus praepedire, quemadmodum palam profitentur. Episcopus tamen hoc intestinum bellum absque ulla utilitate (quamvis opti-

ma fide) provocans, a Pontifice praevisum atque posthabitum populo admiranti nunciavit.

9. Frustra Praesul egregius aut illius procuratores nos insectantur quod laicae potestatis impedimenta opponimus. Quis haec impedimenta excitaverit ac promoverit, ex toto defensionis complexu conjicietis, ac videbitis etiam nihil a nobis afferri nisi quod ECCLESIAE legibus coram ECCLESIA disputari debet.

Caeterum quis nobis succenseat, siquidem Platonis rempublicam legi quidem in philosophica poesi posse, sed non constitui credimus? Non secus ac in homine spiritus atque corporis commercium vitam alit, ita in humanâ societate omnium ordinum consensus pacem caritatemque conciliat. Non eam igitur sapientissimi Pontificis mentem fuisse arbitramur, ut absque ullo religionis et animarum emolumento, hoc bonum in discrimen adduci permitteret. Verumtamen, respondet Episcopus, quandonàm et quomodò erit illius decreti exequutioni locus, si incommoda et argumenta quae Seminarium objicit, quamlibet dismembrationem afficerent? Ex iis quae dicenda sunt, Emi Patres deprehendent quam vera sit offensio. Monuisse ac protestari ab initio praestat, Seminarium utcumque dismembrationis cujuslibet necessitatem non videat, unum videre, humillimum quod debet Pontificis oraculis obsequium, atque idcirco *utilem* aliquam et *animarum saluti opportunam* dismembrationem admittere. Quomodo autem haec utilitas obtineri valeat, in ultimo libelli capite indicabimus.

Sit itaque primum disputatio de *forma:* deinde de *causis et conditionibus* quae ad dismembrationem requiruntur; tertio de *possibili exequutione et opportunitate:* quarto de *utiliori procedendi ratione.*

PARS PRIMA

DE FORMA quam Episcopus in dismembrationibus adhibuit.

In factorum probatione de causis dividendi, Episcopo asserent: fides haberi nequit si dismembrationem decreverit.

10. Sacra Congregatio procedi jussit « *servatis de jure servandis* ». Propterea, licet minora praetereamus, graviora saltem et capitalia quae jus pro forma exigit omitti non possunt. Jus autem primo loco *per legitimas probationes* procedi voluit ut constet de causis divisionis. Nec movet quod Ordinarius suâ fide interpositâ, factorum veritatem credi jubeat, quibus dismembratio nititur: non decet enim in re tam gravi Episcopo fidem habere, qui decipi non secus ac omnes homines potest, praesertim cum incaeptum sustinere debeat. CORRAD. prax. benef. lib. 3. cap. 2. n. 8 « ibi » *Canon non quamlibet necessitatem, sed necessitatem evidentem admittit: cap.* 1. *de reb. eccl. non alien. Lotter. qu.* 28. *n.* 29, *qui n.* 33 *subdit quod hujusmodi causae veritas NON DEBET DEPENDERE EX ASSERTIONE PARTIUM, VEL ETIAM IPSIUS EPISCOPI, aut alterius dismembrationem auctorizantis, sed de eâ debet positive constare ex processu desuper facto, ut fuit dictum in unâ Toletanâ parochialis de Madrid* 19 *nov.* 1601, *ubi quod legitima causa erat justificanda per processum, non tamen scrupulosum, et secundum juris subtilitatem: et sic sufficit simplex processus* ». Nec secus MONACELL. in formular. to. 1. tit. 2. 3. form. 3. n. 8. « ibi » *Ad probandam justam causam dismembrationis NON SUFFICIT ASSERTIO EPISCOPI, sed debet de ea in actis per legitimas probationes constare. ROTA cor. Seraphin. dec.* 1072 *n.* 1. *et cor. Othobon. dec.* 6. *Card. DE LUCA de benef. disc.* 46. *et de paroch. disc.* 35. *utrobique num.* 6. »

Legitima inquisitio debet omnino institui ut causae probentur.

11. Non igitur dicis causa, non ad fucum faciendum inquisitio simulari debet, sed valide ac legitime perfici, saltem in substantialibus. Ita LOTTER. *de re benef. lib.* 1. *qu.* 28. *n.* 33. *seqq.* « ibi » *Tandem quoad veritatem causae, ea non habet pendere ex assertione partium.....Unde licet non sit necessarius processus scrupulosus secundum juris subtilitatem, sufficiatque ideo simplex processus, ut per Lapum etc. tamen OMNIA DEBENT IN ACTIS PUBLICIS REDUCI, alias non staretur judicis assertioni quod locum ipsum vidisset, et negotium in tali statu reperisset: cap. quoniam etc.* » Ac totidem fere verbis cit. CORRAD. *num.* 9. « ibi » *Quibus sic peractis; OMNIA DEBENT IN ACTIS PUBLICIS REDUCI, alias non esset standum judicis assertioni, quod videlicet locum vidisset, et negotium in tali statu reperisset, ut in terminis hujusmodi inspectionis dixit Rota in una Sabinen etc.* » Sed quorsum externa inquirimus, cum ipsius Episcopi testimonium habeamus? Scilicet in literis diei 26 april. 1866 ad fideles ille ait « *Cette première précaution prise, il faut en prendre une autre, qui consiste à INSTITUER SUR LES LIEUX UNE ENQUÊTE JURIDIQUE POUR CONSTATER LA VERITÉ DES FAITS allégués par les intéressés, et s'assurer par là S'IL Y A DE JUSTES RAISONS d'en venir à l'érection d'une nouvelle paroisse* ». Igitur nihil aliud superest, quam ut in facto videamus, utrùm haec omnia Episcopus praestiterit.

Quaelibet DE VERITATE CAUSARUM inquisitio DEFUIT.

12. Haud inficiamur specie tenus inquisitionis larvam assumptam fuisse: at vehementer contendimus ex iis quae veritatem ac substantiam inquisitionis efficiunt, NIHIL ab Episcopo servatum inveniri. Et sane, quid ipse fecerit, ex actis patet, quae ad S. Congregationem mittere debuisset (et fortasse idcirco NON MISIT), atque in decretis dismembrationum resumitur, quorum exemplum

sat erit in paroecia S. Patritii « ibi » *Pour procéder en tout selon les formes canoniques nous avons nommé M. Alexis Frédéric Truteau notre Vicaire général et doyen du Chapitre de notre cathédrale, député spécial à l'effet de faire la visite du territoire à ériger en paroisse, et de tenir ensuite une assemblée des intéressés en tel lieu qu'il jugerait plus convenable, pour faire une enquête de commodo et incommodo requise en pareil cas et recevoir les observations, qui pourraient être faites par les curés habituel et actuel de Notre-Dame et autres intéressés à comparaitre pour faire valoir leurs raisons pour ou contre tel démembrement, tel qu'il appert par notre commission datée du 25 octobre dernier.* » Haec dimidia inquisitionis pars ne pro medietate quidem expleta fuit. Inquisitor delegatus nullam locorum visitationem praemisit. Constitit in loco adeó angusto, ut amplior quam volebat coetus convenire non posset. Accepit parochi, fabricae et aliorum interesse habentium protestationes; ac demum haec omnia in actis descripsit, seque suo munere functum putavit.

13. Atqui si legi obtemperare voluisset, non modo inquirere debuisset, utrum et quinam CONTRA dismembrationem insurgerent, sed etiam duo prae oculis habere: primum nempe utrum PRO dismembratione probabiles causae in facto erumperent, damna, incommoda ex hodiernà rerum conditione evenirent, longa, impervia itinera essent, impar ministerium parochi et coadjutorum, sufficientes duabus paroeciis reditus, maxima fidelium pars novitati faveret: alterum, utrum argumentis quae in protestationibus afferebantur, idoneae PROBATIONES objici possent. Hoc erat factorum veritatem juxta legem inquirere. Quod Episcopus fecit, bonà oppido fide rectoque consilio factum est, sed nihil aliud reapse fuit, quam inquisitionis simulacrum.

Pro forma ad dismembrationes in nostra provincia requiritur quod MAJOR POPULI PARS postulaverit: hoc autem ECCLESIASTICO jure et in CANONICA divisione requiritur.

14. Altera legitimae formae conditio quam non modo jus commune, sed praesertim ECCLESIASTICA DIOECESEOS DISCIPLINA sibi vindicat haec est, ut major fidelium pars divisionem exposcat. Episcopi procuratores asserunt hoc in iis dismembrationibus attendi, quae *a laica auctoritate confirmari debeant*, minime vero in aliis, quae *ad canonicos duntaxat effectus* decernantur. Quod a veritate longe distat. Mitto hac de re communis jurisprudentiae suffragium, quod testantur RICCIUS *in praxi, decis,* 554. *n.* 6. *AMOSTAZ. de caus. piis lib.* 5 *cap.* 4. *n.* 29. *LEURENN. in foro benef. par.* 3. *sect.* 2. *cap.* 2. *quaest.* 954. *n.* 6. « ibi » *Quinto in dismembratione parochiae requiri quoque consensum parochianorum, praedictis verbis satis indicat Card. De Luca etc.*

At CANONICAS dismembrationes respicit lex dioecesana. Auctor est opus « *Manuel des curés par M. Desautels* » quod Marianopolitanus EPISCOPUS veluti utilissimum atque legibus consentaneum, fidelibus commendavit. *(Doc. n.* 3). Hoc autem initio *canonicam* divisionem a *civili* distinguit, et utriusque conditiones *(Docum. num.* 4. *seqq.)* deinde peculiari capite de CANONICA erectione aut divisione loquens, haec habet « *Quand il s'agit d'obtenir l'érection CANONIQUE d'une paroisse, DE DEMEMBRER ou subdiviser quelques paroisses etc. LA MAJORITÉ DES HABITANTS FRANCS-TENANCIERS DU TERRITOIRE que l'on désire faire ériger ainsi en paroisse, SIGNENT UNE REQUÊTE QU'ILS ADRESSENT A L'EVÊQUE. Les habitants francs-tenanciers seuls et les co-héritiers majeurs ont droit de signer cette requête* » (*Docum. n.* 5). Rursus de CANONICO tantum decreto disserit idem auctor ubi *formulas* tradit sub rubrica « *Erection CANONIQUE d'une paroisse. L'ON COMMENCE PAR FAIRE SIGNER UNE REQUÊTE à l'autorité ECCLESIASTI-*

QUE par la majorité des francs-tenanciers du territoire que l'on veut ainsi former en paroisse « (*Docum. n.* 6). Tum paulo post in ejusdem operis calce exemplar formulae adjicitur hoc titulo « *Requête pour obtenir une érection CANONIQUE* (*Docum. n.* 7).

15. Nec secus in alio dioecesanae jurisprudentiae tractatu, advocati Langevin, de quo metropolitanus Praesul testari non dubitavit: « *nous n'hésitons pas à le recommander à tous les membres du clergé* » (*Docum. n.* 8). Ibi etiam titulus inscribitur « *Mode d'obtenir un décret CANONIQUE* » eademque regula traditur « *Toutes les fois qu'il s'agit d'ériger une nouvelle paroisse, DE DÉMEMBRER et subdiviser quelque paroisse etc. dans tous ces cas SUR LA REQUÊTE D'UNE MAJORITÉ DES HABITANTS francs-tenanciers intéressés à l'érection, subdivision, DÉMEMBREMENT ou réunion de paroisses.... les autorités ECCLESIASTIQUES ou telle personne qu'elles pourront nommer et autoriser aux fins ci-dessus, procéderont SELON LES LOIS ECCLESIASTIQUES et l'usage du diocèse, au décret définitif* » (*Docum. n.* 8). Gravissimum denique accedit additamentum romano rituali adjectum « *par l'ordre et avec l'approbation du NN. SS. L'ARCHEVÊQUE ET LES EVÊQUES de la province de Québec* » (*Docum. n.* 10), ita ut vere dici possit in hoc opere *canonicum provinciale jus* contineri. Inter Praesules qui legem fidelibus dixerunt, etiam egregius contradictor EPISCOPUS voluit dismembrationes fieri non posse, quin major populi pars illas requireret, vel saltem inquisitor delegatus *hoc majoris partis suffragium* in processu exploraret « ibi » *s'il s'agit de DÉMEMBRER une certaine étendue de territoire..... le député doit tenir SON ASSEMBLEE auprès de l'église etc. POUR QUE LE DEPUTÉ PUISSE CONSTATER SI LA MAJORITÉ DES*

FRANCS-TENANCIERS DE TELLE LOCALITÉ CONSENT A L'ERECTION DE LA PAROISSE DEMANDÉE, il importe qu'on lui présente une liste exacte de toutes les personnes etc. » (*Docum. d. n.* 10). Hoc, inquam, in CANONICA dismembratione servari Marianopolitanus Episcopus laudato opere praecepit: mox autem, cum exemplar traderet « *Modèle de décret d'érection CANONIQUE d'une paroisse* » primo loco popularis petitionis fundamentum posuit « *A tous ceux qui les présentes verront, savoir faisons que vu LA REQUÊTE, en date de..... à nous présentée au nom et de la part DE LA MAJORITÉ des francs-tenanciers etc.* (*Docum. n.* 9).

16. Quamobrem Episcopus objiciens istam conditionem in *canonico* actu supervacaneam, ad civiles tantum effectus requiri, non solum in legem dioecesanam et ecclesiasticam regionis consuetudinem, sed et IN PROPRIUM TESTIMONIUM impingit. Quaeret fortasse aliquis quo tendat hujus suffragii consuetudo in Ecclesiae negociis, quae non a privatorum vel etiam a totius civitatis voto pendent, sed a legitimâ ipsius Ecclesiae auctoritate. At peculiaris regionis necessitas huic censurae respondet. Nulla est parochis congrua iis in locis, nulli reditus, nisi qui ex privatorum tributo proveniunt, scilicet ex *decima praediali*, quae satis amplam pastoribus sustentationem suppeditat. Sumptus omnes pariter qui ad divini cultus decus, ad instaurationes ecclesiae, ad festorum celebrationem inserviunt, privatorum concursu erogantur. Hi quidem possunt si in solutione deficiant, ad divinae praestationem auctoritate judicis adstringi: verumtamen curandum est, si fieri possit, ut lubenti potius animo fideles debitum impleant, quam assiduis litibus coacti, unde animorum dissociatio nasceretur, et saepe etiam ipsins decimae jactura, cum multi sint, quos vel durum esset ex praediali possessione

Ut majoris partis suffragium summa aequitas, ac PECULIARIS LOCORUM CONDITIO postulant.

dejicere, vel parum fructuosum. Omnino autem, postquam vi facta, decimam exegeris, quomodo spontaneas oblationes ac liberalitates exigeres? Expedit igitur concordi cum omnibus voluntate procedere. Nec caeteroquin metui potest ne solus Episcopus paroeciae necessitatem intelligat ac totus contra fidelium coetus aut non videat, aut nolit medelam adhibere. Prasumi enim nequit maximam catholicorum partem, postquam ab Episcopo de communi utilitate edocta fuerit propriam perniciem potius eligere quam salutem.

Ostenditur communis suffragii formam in casu deficere quia catholici omnes decretis sunt infensi.

17. Positâ formae necessitate in processu explendâ, utrum reapse expleta fuerit videamus. Atque hic paucis quaestio expediri posset. Ignoscendum esset, si cum nulla fidelium petitio intercessisset, Episcopus saltem explorasset eorum votum. Atqui hoc ille summo studio, datâ operâ declinavit. Itaque etsi fingeres quod ipse retulit, sex tantummodo cives adversus alteram ex dismembrationibus scriptis protestationem edidisse, nil moveret, neque idcirco impleta conditio dici posset. Lex enim et consuetudo non laborant utrum *protestationes CONTRA divisionem* deficiant, sed utrum praecesserint *suffragia PRO divisione*. Tametsi nihil magis a veritate alienum quam quod ab exiguo protestationum numero Episcopus deducit. SEX hibernensium MILLIA, scilicet omnes adulti et idonei ex hibernensi natione contra Episcopi actum SCRIPTO conclamarunt, quorum protestatio coram s. Congregatione fuit edita: et electi ab iis procuratores admonent, propter imminentia dissidia et nationum discrimen expectandam esse SANGUINIS EFFUSIONEM!! (*Docum. num.* 2.) Quid de aliis gallicae nationis incolis? hujusmodi plebiscita exprobrare coepit Episcopus, et nobis tribuere, ut quidquid ipsi adversum contingeret, a Seminarii indocilitate provocatum videretur.

18. Interea tamen, vel ipse Episcopus auctor est populum, ephemerides, laicalis gubernii moderatores ac paroeciae incolas suis decretis adversari. Is nempe literas typis editas vulgavit die 23 maji 1866, quibus ut populares clamores sedaret, omnia quidem lenire ac mitigare sategit, sed hic illic diffiteri non potuit – *C'est avec un sensible regret que nous avons vu s'engager* ***SUR LES JOURNAUX*** *une discussion déplorable, au sujet du démembrement etc. C'est aussi dans l'unique intérêt de vos âmes que nous nous exposons* ***A' LA MALVEILLANCE DONT NOUS SOMMES L'OBJET AUJOURD'HUI.*** *Dieu nous fait la grâce de nous y soumettre humblement. Mais nous devons à la vérité de convenir que nous n'y sommes pas insensible; et il vous est facile de le comprendre...* ***LE BRUIT*** *de nos misères* ***RETENTIT AU LOIN,*** *et parmi nos frères de diverses croyances religieuses.... Mais il est un moyen facile* ***DE NOUS RÉHABILITER DANS L'OPINION PUBLIQUE.*** *c'est de garder un religieux silence* – Quibus omnibus ita se commotum ostendit Episcopus, ut nullam defensionem nisi in **PONTIFICIS IMPERIO** excogitaret.

19. Tum deinde, quinque mensibus elapsis, in literis diei 20 octobris 1866 populi aversionem fervere significavit; ait enim: – *Abstenez-vous de vous entretenir des différentes nouvelles qui circulent dans le public à ce sujet, dans l'intime conviction que vous devez avoir, que cette affaire ne regarde que vos pasteurs... Ne prenez aucune part* ***AUX DISCUSSIONS*** *qui s'élèveraient à ce sujet,* ***SUR LES JOURNAUX.*** – Nec secus in literis diei 25 decembris 1866 ad hibernenses – ibi – *Nous croyons de notre devoir d'élever publiquement notre voix contre certaines résolutions formulées* ***DANS UNE ASSEMBLÉE PUBLIQUE*** *tenue le 2 décembre, parce que à cause de*

leur publication non seulement DANS LES JOURNAUX de notre pays, mais dans ceux DES PAYS ÉTRANGERS elles peuvent avoir pour effet d'abaisser notre religion aux yeux de nos frères etc. – Nonne inde patet maximam populi partem divisionibus refragari! At quomodo catholicorum coetus posset huic novitati favere? Nullam in hac divisione utilitatem percipiunt. Timent ne auxiliis quae hucusque a Seminario perceperunt in paroeciis quas assumere recusabit destituantur. Sentiunt se gravissimis incommodis objici quae mox erunt fuse exponenda, et civiles magistratus resistere. Duplex igitur formae vitium flagrat, ut alia praetereamus: quod in capitali dismembrationis judicio Ordinarius sine probationibus processerit: quod lex et consuetudo dioecesana violatae fuerint de explorando fidelium voto, quorum est opibus ac decimis paroecias et ecclesias alere. Modo de causis videamus

PARS ALTERA

DE CAUSIS quas Episcopus allegavit.

20. Posthabitis formae conditionibus, dismembrandi facultas quam Pontifex concessit, in casu effectum sortiri non potuit, eo vel magis hoc obtinet propter substantiae vitium in causis dismembrationum: numquam enim Apostolica Sedes censetur derogare voluisse causarum necessitati, teste DELUCA *de benef. disc.* 45 *num.* 10; *ac LEUREN. in for. benef. par.* 3, *sect.* 2, *cap.* 2, *qu.* 950 *num.* 1. Ideo, etsi dismembrandi veniam Marianopolitano Episcopo dederit, jure potest hodie usum istius facultatis improbare, ut initio exposuimus, siquidem causae defecerint. Perspicuum hac de re exemplum S. CONCILII CONGR. praebuit in *Maturanen. dismembrat.* 24 *jan.* 1739.

Etiamsi S. Ord. veniam dismembrandi concesserit, in usu facultatis CAUSAE probari debent

cujus summam ita describit *Zamboni, art. ecclesia parochialis §. 4 num. 39* « ibi » *Clerus et populus numero octingentum animarum in villa S. Thomae aliisque conterminis pagis degens, et septem milliariis circiter a parochia distans, supplex efflagitavit separari ab ecclesia parochiali SS. Petri et Pauli Apostolorum Pedeviliani, et respective erectionem ecclesiae S. Michaelis Archangeli in parochialem expetebat. Ad has preces S. C.* ***RESPONDIT UT EPISCOPUS PROCEDERET AC PROVIDERET*** *ad formam S. Conc. Trid. Facta hinc ab Episcopo dismembratione, et a matrice independenti redditâ ecclesiâ sectâ, rector hujus quaerit, utrum sit separatio sustinenda? Verum S. C. decisionem suspendit; sed scribi jussit pro meliori informatione juxta instructionem. Maturanen. dismembrat. 24 januar. 1739. Repropositâ causâ, et fusius instruente metropolitano, negativa prodiit resolutio 9 septembris 1741 dub. 1* ». Hisce praejactis, facili negotio demonstrabitur *primo* causas ab Episcopo editas veritati non respondere: *secundo* etsi verae dicerentur, non sufficere.

21. Nihil aliud Episcopus ad divisionum columen adduxit, quam quod *in magna paroeciae amplitudine, auctus praeter modum est populi numerus, et quotidie augetur*, ita ut sine gravi incommodo fideles ad ecclesiam accedere nequeant. Postquam singulas Episcopi literas excusseris, mala omnia ex hoc uno derivare animadvertes. Praestat initio territorii limites et fidelium numerum expendere. Episcopus in literis diei 26 aprilis 1866 ad populum, fideles ET ACATOLICOS in unum commiscens, ita rerum faciem describit « *Observons que la population catholique ET PROTESTANTE de cette paroisse peut s'élever aujourd'hui à* 130,060 *âmes, et que la population de la ville a franchi les bornes des cent chaînes. Main-*

Ostenditur nec eam esse distantiam, nec eam populi quantitatem, quae in rerum adjunctis medelam requirant.

tenant peut on exiger qu'un seul Pasteur ait à desservir une ville qui a environ ***TROIS MILLE ET DEMI DE FRONT SUR DEUX MILLES ET UN TIERS DE PROFONDEUR,*** *sans compter plusieurs campagnes qui s'étendent au loin?* » At cum adjuncta quaedam comparaveris e vestigio compertum habebis, quod ad magnam territorii partem, ac praesertim hodiernas paroecias S. Jacobi et S. Patritii hanc descriptionem prorsus erroneam esse: in reliquâ extra opportunitatem afferri. At primo postquam acatholicos deduxeris, longe minor erit animarum numerus. Distantia vero, in primâ illâ potissimum territorii parte non inter extremos paroeciae fines est desumenda, sed ex finium latere *ad centrum ecclesiae,* atque ideirco paullo ultra milliarium extenditur pro civitate.

22. Praeterea cum de distantia loquimur in dismembrationibus, in mentem occurrunt viarum difficultates, ardua itinera, montes, praeceps accessus, aliaque ejusmodi: nemo enim non videt vel unum quandoque milliarium in praerupto viarum anfractu longum et asperum iter facere: contra vero duobus vel tribus milliariis facillime et commode quasi ad oblectamentum incedi siquidem plana, frequens, recta semita obvia sit. Fingite modo ante oculos, Emi Patres, matricem ecclesiam Deiparae Virginis, perinde ac si Romae in capite viae Flaminiae consurgeret. Fingite paroeciam extendi infra urbem integra *hypodromi* via, et amplius, tamen *ut aliae identidem vicariae ecclesiae* in hâc latitudine circuminveniantur. Eritis nihilominus a veritate procul, angusta enim est Flaminia via, et marianopolitanae amplissimae. Sed et illud peremptorium accedit quod in frequentioribus hujusce americanae urbis locis, ad populi commoditatem maximi currus *super ferreis virgis quibus via sternitur*, equo vehi solent, ferme triobolari sumptu, ac tantâ celeritate

ut infra horae quadrantem tota civitatis longitudo peragrari valeat usque ad ecclesiam parochialem.

23. Haec de distantia et itineris difficultate. Interea si Episcopum audias, qui alias fidelibus viciniores ecclesias comparari postulat, credes profecto illas hodie deficere. At ipsa Episcopi decreta errorem a veritate alienissimum demonstrant : is enim cum novas paroecias erigeret, in ecclesiis JAMDIU hic illic AEDIFICATIS constituit. Merito igitur *fabricae* moderatores respondent (*Mémoire au soutien de l'appel pag.* 19) « *Dans DIX ÉGLISES sous le contrôle de la fabrique et du Séminaire, ON CÉLÈBRE LE DIMANCHE les offices solennellement, et ces dix églises peuvent contenir au moins vingt cinq mille personnes, ce qui excède le nombre des paroissiens qui peuvent assister à la grand'messe, et cela indépendamment DE LA CATHÉDRALE, DE L'ÉGLISE DU GESU appartenant aux RR. PP. Jésuites, et DE CELLE DE S. PIERRE, la propriété des RR. PP. Oblats, lesquelles peuvent encore recevoir aux moins cinq mille personnes. Dans QUATRE des église sous le contrôle du Séminaire et de la fabrique on fesait LA COMMUNION PASCHALE et on tenait des registres de l'état civil, et on n'attendait que la permission de l'Évêque pour en faire autant dans les autres églises comme succursales de la paroisse. Comment avec un tel état de choses pouvoir dire que l'accès à l'église paroissiale est devenu difficile par la population surabondante?* »

24. Nullam aliam ab Episcopo afferri diximus dismembrationis causam : quidquid enim ille ait de facultate Ordinario tribuenda in parochorum institutione ac destitutione non modo in jure non consistit, verum etiam non pertinet ad dismembrationem. Possunt enim parochi vicarii, coadjutores plus vel minus Ordinario subjici, ab

illo vel ab aliis institui, quin idcirco per divisionem paroeciae medela admovenda sit. In jure tamen offensio non consistit, frequenter enim, etiam in Italia occurrunt inferiorum, ac praesertim Capitulorum exempla, quorum ex privilegio proprium est in plurimis filialibus paroeciis vicarios instituere ac destituere; quemadmodum de *Veronensi* Capitulo Benedictus XIV peculiari constitutione definivit: tum de *Capitulo Civitatis Forijulii* Utinensis Archiepiscopus non inficiatur in causa quae alias ob controversias pendet coram S. Congregatione Concilii: tum de *Tarvisino Capitulo* Congregatio particularis die 15 junii 1858 agnovit: tum de *Pisana* ecclesia meminit *Vivian. de jurispatr. par.* 2. *lib.* 12. *cap.* 3. *num.* 2. *et n.* 8. *ad* 11: ac de *Pistoriensi*, *Scarfanton. ad Ceccoper. to.* 2. *lib.* 3. *tit.* 3. *num.* 70. *seqq.*

25. Hactenus Factorum ope causas deficere ostendimus: at nulla melior probatio quam PARTIS CONFESSIO fingi potest. Quid si Episcopi factum verbis longe potentius idipsum confirmavit? Attendite quaenam illi opinio sit de dismembrationis necessitate vel utilitate, in literis quas ad parochum Seminarii Rectorem dedit die 28 novembris 1866 « ibi » *C'est mon intention que les prêtres qui sont chargés de la desserte de la nouvelle paroisse canonique de St Patrice, puissent administrer, dans leur église les sacrements à tous ceux de la paroisse civile* (scilicet in universa VETERI paroecia) *de Notre Dame, dont la langue maternelle est l'anglais, et aller leur administrer ler derniers sacrements, savoir le St Viatique et l'extrême onction etc., EN QUELQUE LIEU DE LA PAROISSE CIVILE de Notre Dame qu'ils soient domiciliés. En conséquence, ils pourront les baptizer, les marier, leur faire faire la première communion et les pâques, dans la dite église de S. Patrice, et y chanter des services pour eux, et leur*

EPISCOPUS APERTE CONFITETUR DISMEMBRATIONIS INUTILITATEM.

faire administrer la confirmation ». Haec verba perspicue docent aliud verbo tenus proponi, aliud reapse fieri. Proponi divisionem, distantiae et numeri PRAETEXTU : antiqua tamen servari ita ut neque numerus neque distantia impediant quo minus *septem supra viginti hibernensium millia* ubicumque in civitate degentium, unius paroeciae pastores in sacramentis agnoscant. Dic modo, *necessitatis vel utilitatis* causa dismembrationem decerni !

Etsi causa quas commentitias ostendimus in facie admitti possent, idonea tamen IN JURE non essent ad dismembrationem.

26. Diximus etiam causas quas Episcopus obtulit etsi veritate niterentur, cum tamen VICARIAE ECCLESIAE opportunis in locis constitutae non desint, in jure esse posthabendas. Quod cum fides Episcopo recusari nequeat, a S. CONGREGATIONE in casu pro marianopolitana paroecia jamdiu praevisum omnino dici debet. Redeant Episcopi verba ad Emum S. Congregationis Praefectum, quae recitavi « *Lorsque je rendais compte de mon diocèse en* 1855, VOTRE EMINENCE M'AYANT DONNÉ L'IDÉE DE CE MODE DE DESSERTE, *je me suis senti plus fort pour presser le Séminaire etc.* ». Ac frustra Episcopus tantae auctoritatis suffragium in dubium revocaret: explorati enim juris est, numquam propter auctum populi numerum et locorum distantiam ad odiosum dismembrationis remedium procedi, quoties per vicarias ecclesias liceat consulere. AMOSTAZ. de causis piis lib. 5 cap. 3 num. 25 « ibi » *Haec enim causa summopere ab Episcopo est consideranda, nec quaelibet sufficiet, sed quae magna et difficilis sit ita ut aliter nequeat occurri absque erectione novae parochiae. Quamobrem, si populus sit numerosus, ita ut solus rector non possit sufficere, et parochia capax sit*, NON ALIA EST ERIGENDA, SED RECTOR ILLIUS COGETUR UT SIBI ALIOS CLERICOS ADJUNGAT, *quot sufficiant ad administrationem sacramentorum et cultum divinum celebrandum, ut decrevit Conci-*

lium ; nam tunc occurritur necessitati per hanc adjunctionem, NEC RESTAT CAUSA JUSTA ALIAM PAROCHIAM ERIGENDI CUM PRAEJUDICIO MATRICIS ». Nec secus FERRARIS in biblioth. can. verb. Dismembratio, n. 15. « ibi » *Non permittitur tamen dismembratio supradictis non obstantibus*, QUOTIES PAROCHIANIS DISTANTIBUS CONSULTUM EST PER COADJUTOREM QUI POSSIT SACRAMENTA MINISTRARE IN COMMODIORI ECCLESIA ».

27. Exemplo sit in millibus quae afferri possent, ROTAE sententia in Leodien dimembrationis 1 febr. 1712 cor. Falconerio « ibi » *Domini, praesupposità etiam subsistentiâ causarum, eas non sufficere crediderunt, quotiescumque potest aliunde provideri, cum dismembratio sit remedium extraordinarium et subsidiarium, ad quod nunquam a judicibus deveniri solet, quotiescumque adsit aliud remedium minus odiosum et exorbitans, ut firmavit Rota etc. Idcirco, cum pastor se obtulerit* DEPUTARE PRESBYTERUM SIVE CAPELLANUM *vicarium amovibilem ad nutum, qui suo nomine suisque sumptibus et expensis in dicta cappella S. Joannis Baptistae* SACRAMENTA *suburbanis* MINISTRARET, *singulis diebus festivis conciones faceret ac missam celebraret, et cùm dictâ deputatione remaneat omnibus consultum, necessitatibus nempe suburbanorum, ac indemnitati ecclesiae matricis ac ejus Pastoris, nec non etiam patroni, consequens est quod* DUM POTEST ALIO MODO PROVIDERI, NULLATENUS DEVENIRI DEBEAT AD ODIOSUM REMEDIUM DISMEMBRATIONIS, *ut in praecisis terminis resolvit Rota etc. Bertacchin. vot. etc. ubi refert resolutionem dictae* S. CONREGATIONIS (CONCILII) *in Meliten.* 26 *januar.* 1697, *inquiens* NON SUFFICERE *ad effectum dismembrationis* NOTABILEM DISTANTIAM, NEC INTERMEDIUM FLUMEN, NEC MUL-

TOS SINE SACRAMENTIS DECESSISSE, NISI PROBETUR QUOD PER APPOSITIONEM CAPPELLANI SUPPLERI NON POSSIT. *Carol. Anton. Deluca etc.* »

28. Atque in confirmatoria 13 jul. 1713 num. 20 cor. Crispo « ibi » *Adhuc ad effectum deveniendi ad dismembrationem non satis erat quod justae concurrerent causae, nisi etiam constitisset, quòd necessitatibus praedictis aliter occurri nequiret, aliudque proficuum suppeteret remedium; nam quoties aliunde parochianorum indigentiae consuli poterat,* NUNQUAM ODIOSUS DISMEMBRATIONIS ACTUS TANQUAM MERE SUBSIDIARIUS EXPLERI CONGRUEBAT: *cap. alleg. etc. Eo igitur ipso qnod parochus suorum parochianorum indemnitati providendo praecise se obtulerat propriis expensis* VICARIUM *seu cappelpellanum ad nutum amovibilem deputare qui in cappella S. Joannis Baptistae, quae in novam parochialem erigi contendebatur, suburbanis sacramenta ministraret etc.* ITA CESSANTE NECESSITATE, AD SUBSIDIARIUM DISMEMBRATIONIS BEMEDIUM DEVENIRE MINIME LICITUM ERAT ».

29. Plurima etiam sacrarum Congregationum, ac praesertim CONCILII judicia ederemus, nisi libellus in volumen augeretur. In iis eminent causae *Cassanen. dismembrationis,* 17 *decembr.* 1740, *dub.* 1 *confirm. die* 22 *jul.* 1741. *Aquilana dismembr.* 8 *febr.* 1744 *dub.* 1. *Constantien.* 27 *jun.* 1761 *dub.* 1. *et* 2. *Bononien.* 30 *aug.* 1845. *Nursina translationis paroeciae, et capellani curati,* 31 *mart.* 1855 §. *Videndum: Asculana dismembr.* 30 *jul.* 1859 Unum referam ad aliorum specimen ex *Pisauren.* 19 *april. et* 10 *maji* 1766, in qua factorum species ita describitur « *Ecclesia S. Matthaei Roncaleae, dioecesis Pisaurensis, quae filialis est ecclesiae S. Cassiani civitatis Pisauri, unica parochialis est in oppido et toto*

agro qui latissime circuit PER DUODEVIGINTI FERE MILLIA PASSUUM, *asperrimos* MONTES *in suo ambitu habet*, DIFFICILLIMA ET LONGA ITINERA, AC PRAERUPTAS VIAS, *praesertim quae ad mare vergit. Alia in medio totius parochiae ecclesia est S. Mariae « dell' imperiale » seu « delle fabbreccie » etc. Petit nunc populus parochiae ut ecclesia S. Mariae in novam et veram parochialem erigatur. Quae de hisce petitionibus admittendis proponi solent, profert omnia,* DISTANTIAM *ab ecclesia parochiali*, VIARUM *incommoditatem*, INACCESCESSOS MONTES, BRUMALIA FRIGORA, NIVEM, GLACIEM, GELU. *Multa quae inde veniunt damna enumerat,* FIDEI RUDIMENTA NON EDOCERI, *et, quod praecipuum est, permultos* SINE SACRAMENTIS *obiisse. Non compensari haec damna ex capellano, qui mercenarius, non pastor est, oves non amat quae suae non sunt: quas pro lubitu, si melior conditio fiat deserit, si deserit alterius nutu, deserere etiam sine sua culpa cogi potest* ».

30. At *conclusionum* folium EX OFFICIO his omnibus ita respondit « *Solam itaque distantiam locorum ob magnam difficultatem, sive ob magnum incommodum ad divisionem faciendam idoneam esse causam ex ipsa canonum littera apparet. Verumtamen divisiones odiosae communiter existimantur ob eam praecipue rationem, propterea quod ex divisionibus,* VETERI PAROCHIAE MATRI IRROGATUR INJURIA, CUI TERRITORIUM IMMINUITUR, AC DECRESCUNT REDITUS *sive quia ex eâ detrahendi sint ad novum parochum sustentandum, sive quia cum parte populi quae separatur, emolumenta parochi reapse deficiunt. Propter ejusmodi rationem non sine magna animadversione hae divisiones admitti consueverunt, invitis rectoribus vel aliis quorum interest.* INVITIS ETENIM, NISI EX NENECESSITATE, JUS NON DICITUR, NE ALITER JUS IPSUM

VIS FIAT. HINC PROVIDETUR ALIQUANDO PER SOLUM VICARIUM PERPETUUM. *Hinc per solum vicarium seu* CAPELLANUM PRO NUTU AMOVENDUM; *ut scilicet minus quam fieri possit alterius jura laedantur* ». Proposito itaque dubio « *An et quomodo sit locus erectioni ecclesiae S. Mariae in novam paroeciam* » in comitiis diei 10 maji 1766 S. C. Rescripsit « NEGATIVE ».

31. Nemo itaque miretur cur Episcopus legitimam inquisitionem omiserit. Numquam enim in judicio dismembrationem admitti contigit, nisi GRAVISSIMUM aliquod in animarum curâ periculum, vel incommodum urgeret, aut praesens et exploratum, aut saltem paratum et indeclinabile. Metuendum est ne sacramentorum administratio deficiat, vel catecheseos institutio, vel frequentia in ecclesiis, vel pastorum vigilantia. Haec oppido Episcopus deprehendere non poterat nisi inquisitionem susciperet; sed a suscipienda inquisitione abstinuit, quia contrarium probavisset: quod certe declinandum putavit. Restat quod hoc in capite demonstravimus, causas ab Episcopo editas nec veritati respondere, nec etsi vera essent, ecclesiastico jure sufficere.

PARS TERTIA

CAUSAE adversus divisionem recensentur ex quibus NEC FIERI POTEST NEC EXPEDIT decreta exequutioni committi.

32. Ostendimus Episcopi causas evanescere. Ordinis ratio postulat illas exponi quae contra dismembrationem undique flagrant. Sed nonnulla in primis de Seminario, de illius officio, de proposita ac deliberata agendi ratione disputanda sunt. Saepe enim Ordinarius objectiones

solvit animum Seminario tribuens quem non habet, vel onera quae illud non afficiunt. Sit de animo prius, deinde de officio.

33. Novissimum S. Congregationis decretum mandavit « *Novas prrochias, quas intra hodiernae ambitum erigi successive contigerit, Episcopus offeret Seminario, ut, SI VELIT AC POSSIT, onus in se suscipiat illas regendi per aliquem e suis presbyteris, ut supra praesentandum a Superiore, et ab Episcopo canonice instituendum. Parochiae quas Seminarium assumere RECUSABIT dispositioni Episcopi erunt obnoxiae.* At rursus potestamur Congregationis presbyteros arbitrio utentes quod decretum non laesit, NEC VELLE NEC POSSE omnes paroecias ab Episcopo erectas vel erigendas suscipere. Ne quis autem putet haec ad opportunitatem confingi, praeter ea quae in reliquâ libelli parte erunt exponenda, aliam rationem brevius nunc adjciendam attendite.

Seminar VULT NE omnes susciper tinere.

Uti necessaria in primis est ad regiminis robur in Congregatione Superioris auctoritas. Atqui nexus paullatim dissolveretur si vires in tot partes distribuendae essent quot Episcopus paroecias meditatur. Nec Antistitem eximium praeterit quanta sit convictus et consuetudinis virtus in conciliandâ ac retinendâ communis consortii disciplina. Is enim Seminarii Rectori scripsit anno 1846: « *Le Séminaire peut abriter ses membres sous le même toit, et les nourrir à la même table. L'Evêque ne peut qu'approuver un pareil ordre de choses parce qu'il comprend qu'une semblable cohabitation servirait merveilleusement à les fortifier et conserver dans l'esprit de leur état.* » Caeterum quaeritur ille saepe numero molestam fieri nostrae Congregationis auctoritatem, quae ex cura animarum derivat. Haec, si qua est in opinione hominum auctoritas, non major hodie videtur, quam antea a saeculis fuerit.

Sed quoniam Episcopus ab animarum cura metuit, ac propositum non dissimulat illam imminuendi, in ejus vota concedentes, Seminarii presbyteri, partem dumtaxat paroeciae retinentes, ab aliis abstinebunt.

34. Error praeterea coram S. Congregatione profligandus est, in quo Praesul egregius versatur, atque alios adducere contendit. Omnibus in colonia compertum est ecclesiarum aedificationes, regimen, decus divini cultus, sustineri non potuisse, nisi MAXIMIS SUMPTIBUS Seminarium consuleret, ac fore ut haec deficiant postquam Seminarium a paroeciis recesserit. Quamobrem Episcopus insinuare nititur Seminarium COGI POSSE ut suos reditus parochorum nutu impendat, quamvis animarum curam non suscipiat. Haec *summa ratio* rerum est in Praesulis egregii opinione, quam ille non dissimulavit: curam impossibilem Seminario proponere, auctoritatem, ut ait, deprimere, OPES erogare. Satis aperte is loquitur in literis diei 25 Septembris 1866 ad Rectorem et Fabricae gestores « ibi » *On ne peut pas supposer que les curés des paroisses qu' il s' agit d' ériger ici seront avant de bien longues années réduits à travailler de leurs mains pour gagner leur nourriture*, *QUAND ON CONNAIT LES BIENS DU SÉMINAIRE DE S. SULPICE, et que l'on sait que la possession lui en a été garantie par l'ordonnance passée en la session du Conseil spécial tenu dans les 3mo et 4me années du règne de Sa Majesté, chap. 30 pour et aux fins, intentions et objets suivants: c' est à savoir: LA DESSERTE DE LA PAROISSE DE MONTRÈAL etc. Il est inutile de s'arrêter à prouver ici que la paroisse de Montréal demeurant la même aux yeux de la dite ordonnance civile, LE SÉMINAIRE RESTE CHARGÉ DE SA DESSERTE APRÈS COMME AVANT SON DÉMEMBREMENT CANONIQUE* ».

De SEMINARII DISMEMBRATIONE quae in Episcopi decretis absconditur, et OBLIGATIONE quam hic imponere vellet paroecias sustinendi, etiamsi curam Seminarium recuset.

Justum oppido, et aequum consilium esset. Utere quidem, ait Episcopus, arbitrio dimittendi paroecias, quia hoc arbitrium adimi nequit: per me licet, dummodo onera perferas, perinde ac si omnia retineres. Cum civilis auctoritas novitati infensa sit, non civiles, sed canonicas tantum paroecias instituo: sed cum civilis auctoritas onera perferre te jusserit, in iis oneribus non canonicam sed CIVILEM auctoritatem appello.

35. Ultro assentimur laicam potestatem (quam ne nominari quidem ab aliis Episcopus vellet, quamvis sibi invocandam putet) rationem a Seminario quaerere posse de redituum erogatione. Re autem vera, nisi ad laicam potestatem se reciperet, nullam Episcopus jurisdictionem haberet sive ex jure, sive ex decreto S. Congregationis « ibi » *Insuper de bonis quae praedicto Seminario exclusive aertinent, NULLAM EPISCOPO REDDERE RATIONEM* (Seminarium) *COGETUR* «. Praeterea, cum suum unicuique tribuendum sit, fateamur oportet amplissimum patrimonium Seminario a Gallorum rege datum antidorali titulo fuisse, tum propter ingentes sumptus a Seminario initos ad coloniam fundandam, tum propter susceptam aeris alieni molem societatis praecedentis, quae jura et debita sua in Seminarium contulerat. Hanc deinde concessionem anglicum gubernium confirmavit. Siquidem confirmantis voluntate aliqua conditio praefinita sit, eam servari decet.

36. Sed lex quam ille invocat, CONTRARIAM potius interpretationem inducit. Dicit primo reditus erogari propter « *LA DESSERTE de la paroisse de Montréal* » (*Docum. num.* 17.). Unde sequitur quod ubi REALE MINISTERIUM, quod *facti* est (*la desserte*) evanescat, erogationis etiam onus deficiat. Ac frustra Episcopus objiceret verba illa « *la paroisse de Montréal* » intelligi de

universa ditione debere, quae concessionis tempore a Seminario regebatur, atque e conspectu civilis gubernii eadem semper maneret. Quid enim si iisdem manentibus paroeciae finibus, SERVITIUM desinat? Verumtamen Episcopus *praecipuam* legis partem obliviscitur. Lex, cujus pleniorem sententiam inter documenta descripsimus (*cit. num.* 17.) non unam in paroecia erogationem definivit, sed MULTAS, et CUMULATIVE ita ut Seminario liceat inter plura opera *plus minusve ex reditibus* sine certa aliqua mensura dispertiri. Scilicet bonorum concessionem sancivit « *pour et aux fins, intentions et objets suivants; c'est à savoir,* LA DESSERTE *de la paroisse de Montréal,* LA MISSION DU LAC *des deux montagnes pour l'instruction morale et religieuse des Indiens, Algonquins et Tiroquois*: LE SOUTIEN DU PETIT SÉMINAIRE *ou collège de Montréal*: LE SOUTIEN DES PAUVRES INVALIDES ET DES ORPHELINS : *le soutien et le maintien convenable des membres de la corporation, de ses officiers et serviteurs* : ET LE SOUTIEN DE TELLES AUTRES INSTITUTIONS RELIGIEUSES, DE BIENFAISANCE ET D'ÉDUCATION *qui pourront être de temps à autres, approuvés par le Gouverneur, Lieutenant-gouverneur etc., et pour nuls autres objets, fins ou intentions quelconques* » (*Docum. d. num.* 17).

37. Si quid intelligimus, lex conventionis ita disponit: POTES (non debes) reditum impendere in paroeciae ministerium, in missiones, in Seminarium, in pauperum et orphanorum tutelam, in alia opera postquam probata fuerint. Unum itaque sibi constituens proposuit, ne aliae erogationes praeter descriptas admitterentur: inter descriptas autem *facultas eligendi* Seminario datur, minime vero onus *singulas perferendi*. Enimvero in iis enunciantur etiam *futurae et incertae* « *qui pourront* ...

être approuvées » in quibus absonum esset obligationem implendi interpretari.

Sed finge etiam *obligationem* in singulis. Ubinam legitur semper quotannis *eamdem in singulis piis operibus* quantitatem esse erogandam ? Ex centum , puta , redituum partibus , si superiori anno viginti in paroeciam dedimus , decem in pauperum levamen, quis hoc anno prohibet decem in paroecias , viginti in pauperes ministrari ? Rursus quis prohibet, quominus duo dumtaxat ex iis operibus eligamus, in illis omnem fructum erogantes , caeteris sepositis? Satis est centum quotannis ita in haec opera absumi, ut in alia non convertantur , nisi probata fuerint; satis est rationem de expensis reddere quin de rerum numero et aestimatione quisquam intercedat.

Certum itaque Seminario ac deliberatum est, suarum PRÆSERTIM paroeciarum necessitatibus occurrere. Ne quis autem hoc invidiae aut aemulationi tribuat, quibus rationibus moveatur attendite. Hactenus ad aedificandas ecclesias aliosque sumptus in animarum curã non modo reditus impendit , sed aes alienum suscepit , cujus usuras praestare quotannis oportet. Sumptus itaque coercendi sunt. Sed augendi essent, et vehementer augendi si tot paroecias amplecteretur , obligationem suscipiens illa omnia perficiendi quae parochorum pietas aut cupiditas postularet.

38. Vide praeterea quomodo Episcopi praesumptiones EPISCOPUS ipse, olim condemnaverit in libello quem die 18 februarii 1865 ad S. Congregationem HAC *eadem in causa* obtulit, quaest. 2. n. 5. – ibi – *Au reste (Vos Eminences) peuvent être assurées que le Séminaire n'est pas plus obligé de remplir ses fonctions de curé envers chacun des habitants de Montréal en vertu de l'ordonnance royale, dont*

il réclame les bénéfices pour conserver l'intégrité de sa paroisse, qu'il n'est obligé d'instruire dans ses écoles chacun des enfants de cette ville, ou d'assister chacun des orphelins ou des pauvres vieillards qui y sont dans la misère. Le gouvernement n'aura rien à lui dire, quand il verra qu'il dessert dans la ville plusieurs églises, dans lesquelles se réunissent tous les citoyens qui veulent y aller entendre la parole de Dieu et assister aux saints offices.

Il y a maintenant de grands quartiers de la cité, dont les habitants ne fréquentent jamais les églises desservies par le Séminaire; pour cela il n'est jamais venu à la pensée de personne, que le gouvernement allait faire une enquête pour constater si le Séminaire desservait tous et chacun des habitants de Montréal. Tout le monde cependant sait, qu'il y a environ une douzaine de mille de citoyens, qui ne mettent jamais, ou du moins très-rarement le pied dans aucune des églises confiées à la desserte de S. Sulpice. Or, pour le gouvernement il n'en sera ni plus ni moins, si ces quartiers venaient à former des paroisses séparées, ou s'ils demeuraient tels qu'ils sont aujourd'hui.

TOUT CE QUE LE SÉMINAIRE A FAIRE POUR SATISFAIRE LE GOUVERNEMENT, est de lui prouver par ses comptes QU'IL A EMPLOYÉ FIDÈLEMENT SES BIENS AUX FINS FIXÉES PAR LA LOI, ET QU'IL NE LES A PAS DIVERTIS A' D'AUTRES USAGES.... Que le Séminaire consente de bon cœur au démembrement qu'on lui demande, et les citoyens s'en réjouiront. Quant au gouvernement, il ne songera pas même à s'inquiéter de cette desserte des âmes, dont le salut ne le touche guère.

39. Tum ne quid pleniori contradictioni desit, memoria repetendum quod anno 1865 Episcopus curandum admonebat ne *hisce disputationibus* acatholicum gubernium ad captiosam aliquam interpretationem excogitandam exci-

taretur, verbis quae recitavimus adjiciens – *Mais si le Séminaire et ses partisans donnaient eux-mêmes l'éveil au gouvernement par des contestations hors de saison: il pourrait arriver en effet, que ce gouvernement qui est protestant, et qui profite de toutes les divisions des catholiques pour nuire à la religion, interviendrait en quelque manière, mais alors* A QUI FAUDRAIT-IL S'EN PRENDRE, *si ce n'est à ceux qui auraient été assez imprudents pour se livrer à sa discrétion?* – In hodierna igitur controversia de anglici gubernii jure in redditiuum erogatione qui ad Seminarium pertinent – *à qui faudra-t-il s'en prendre?* – Si is qui animadversionem excitavit culpae notam ferre debet, haud Seminarii, sed EPISCOPI verba sunt, seu potius *publica monita* ad fideles in litteris diei 23 maii 1866. typis editis. – ibi – *Personne ne saurait douter que le Séminaire qui demeure chargé de toute la paroisse ne continue à faire en faveur* DE VOUS TOUS *un emploi honorable de ses immenses revenus*, IL Y EST OBLIGÉ *et devant Dieu et devant les hommes.*

Sit itaque ante omnia persuasum Episcopo. quemadmodum Seminario est, illud neque bonorum causa, neque alia ratione adigi posse ut in omnibus parocciis oblatum onus suscipiat, neque reapse tam late suscepturum.

Hisce positis, causas quae decretis obstant aggrediamur. Hoc autem in capite, pr communia omnium decretorum detrimenta, deinde speciali dismembrationis exemplo. impossibilem etiam in reliquis exequutionem demonstrabimus.

CAPUT PRIMUM

De NECESSITATIS et PUBLICAE UTILITATIS causis, quae dismembrationum decreta condemnant.

40. Multa in eo dismembrationum genere quod Episcopus excogitavit damna ex uno fonte derivant, quod non tam CANONICUM actum explevit (hoc enim reapse ante laicalem agnitionem, fieri debuisset) verum eo animo, eo proposito, ea LEGE ad canonicam dismembrationem venit, *ut nunquam a laicali gubernio probaretur*. Fieri potest, ille ait, canonica divisio, quae pro parochis et fidelibus vigeat, quamvis magistratus illam non probaverint. Hoc illi assentimur, quemadmodum non inficiamur concipi legem posse absque sanctione, vel consilium sine effectu, vel decreta (ut in casu procul dubio eveniet) quae observari non poterunt. Unum quaerimus, utrum EXPEDIAT leges et decreta condere in hac futuri exitus praevisione: utrum deceat nec ne dismembrationem canonice jubere, quam laicalis potestas semper civili exequutione destitutam velit.

De CANONICIS PAROECIIS civili effectu carentibus.

Catholicorum interest eam esse dismembrationem quam laicalis potestas non adversetur.

Nostrum hac in re suffragium forte suspectum eximio ☞Antistiti videretur; habeat igitur provincialium EPISCOPORUM votum, seu potius SUAM ille recordetur sententiam, in formulâ decreti pro dismembrationibus adjectâ post *Ritualis compendium*, quod supra allegavimus. In ea formula Episcopus ipse *fideles* ADPRECATUR ut laicalem exequutionem obtinere curent. – ibi – *Mais comme le présent décret est purement ecclésiastique, et NE PEUT AVOIR D'EFFETS CIVILS qu'autant qu'il sera confirmé par une proclamation de son Excellence le Gouverneur général, sous le grand sceau de la province, NOUS RECOMMANDONS* (☞) *TRÈS PARTICULIÈREMENT AUX PAROISSIENS de la nouvelle pa-*

roisse **DE S'ADRESSER** *à cet effet à messieurs les commissaires chargés de mettre à exécution etc. – (Docum. num. 9.)* Tantae molis fuit, penes omnes provinciae Praesules, certam gravissimae rei perfectionem in tuto ponere!

Causa exponitur quae Episcopum ad imperfectum opus et adeo periculosum tentandum coegit.

41. Si quaeras curnam Episcopus hoc divortium ab initio dispositum et constitutum voluerit, post ea quae diximus causa latere nequit. Antequam tot distinctas paroecias provinciae praeses sanciret, perspectum habere debuisset, suum cuique regimen, suas vires esse: majorem populi partem in id consentire: ecclesias aere alieno non obrui: turbas, seditiones non metui. Cum haec declinare Episcopus non posset, ultro obire maluit, et coloniae moderatores, quibuscum Episcopi et fideles hactenùs semper libere ac feliciter vixerant, indicta catholicis omnibus separatione provocare. Accessit error, qui licet laici magistratus minus adversi essent, Episcopum ad hoc dissidium potius eligendum induxisset. Cum novas Seminarium amplecti paroecias nequeat, deficere quidem earum praesidia Ordinarius videt; sed putat, ut nuper animadvertimus, ex concessionis lege, coram gubernio, ad omnium gestionem retinendam seminarium adstringi quousque *civilis* antiqua paroecia maneat. Idcirco, etiamsi gubernium divisiones agnosceret, ille agnosci recusaret.

Episcopi procuratores fatentur NE CANONICUM QUIDEM dismembrationis effectum esse

42. Hujusce dissidii calamitatem augent absurda quae decretorum exequutionem non tam difficillimam quam IMPOSSIBILEM demonstrant. Ac primo protestatur Episcopus (quod caeteroquin protestatione non eget) praecipuum *canonicae* dismembrationis effectum esse ut cura animarum, ac propterea *sacramentorum ministerium* Seminario auferatur, si paroecias obire recuset, atque in singulos titulares parochos transeat. Quid si hoc fieri NON POTERIT? Age vero Episcopi gestores fatentur, et omnibus exploratum est quod civili sanctione deficiente, atque idcirco an-

tiqua civiliter manente rerum conditione, fideles Rectorem parochiae antiquae COGERE VALEANT ut in omnibus paroeciis sacramenta ministret. Testor votum ab ADVERSARIIS editum quod jurisconsulti *Cherrier*, *Laflamme*, *Barnard*, die 21 novembris 1866, pro Episcopo obsignarunt. – ibi – *Il suit de là que le curé de Notre Dame est toujours demeuré le fonctionnaire reconnu non seulement comme compétent à procéder à la célébration des mariages dans toute l'étendue de l'enceinte civile de cette paroisse, MAIS COMME POUVANT ÊTRE CONTRAINT PAR LES PAROISSIENS A Y PROCEDER AINSI QU'A' LES BAPTISER, ET A LES ENTERRER, ET A' SON DÉFAUT D'Y PROCÉDER, ÊTRE SOUMIS AUX PÉNALITES DÉCRÉTÉES PAR LA LOI CIVILE* –.

43. Episcopi gestores qui jactant difficultates a nobis fingi sine probationibus (–*L'on dit tout cela sans donner aucune preuve*–) recordentur nullam majorem probationem in judicio esse quam partis confessionem. Recordentur etiam in compendio Ritualis a nobis edito, EPISCOPI factum edi: in opere *Manuel des curés* illum testem Mr DESAUTELS adhiberi, qui libello pro Episcopo subscripsit: in voto Cherrier, Episcopi gestores adduci: in omnibus demum quae exponenda sunt, semper Episcopi vel illius procuratorum testimonia continere.

Ab Episcopo quaerimus quomodo se Rector parochiae B. M. V. gerere debeat, si fideles ad divisas paroeciias pertinentes, ac nativitatum vel mortis testimonia in tuto ponere volentes, etiam pro lege civili, sacramenta AB EO ministrari postulant. Quid faciet? Siquidem ministrat, contra Episcopi decreta committet, qui Rectori jurisdictionem in aliis paroeciis ademit. Si recuset, poterit – ÊTRE SOUMIS AUX PÉNALITÉS DÉCRÉTÉES PAR LA LOI CIVILE. – Videant rursus Episcopi gestores utrum vera sit offensio.

44. Insuper utriusque potestatis consensu, in iis canadensibus regionibus, placuit **PAROECIAE CODICES**, in quibus nativitates, obitus, matrimonia recensentur, *duplici exemplari* compositos, quorum alterum in paroecia, alterum in praetura tabulario exhibendum est, **A MAGISTRATU** obsignatos, ac numeris aliisque signis munitos esse debere. **RITUALIS** *compendium* testatur – ibi – *LE CURÉ, vicaire ou autre prêtre desservant telle paroisse, aura soin AVANT DE SE SERVIR DES DITS RÉGISTRES, de les faire coter et parapher PAR L'UN DES JUGES DE LA COUR DU BANC DU ROI, ou par le juge de la cour provinciale etc. Celui des dits régistres, qui doit rester entre les mains du curé etc. L'autre .... sera déposé six semaines au plus tard après l'expiration de chaque année au Greffe de la Cour du Banc du roi avec un répertoire etc. – (Docum. num.* 12). Atqui, cum Episcopi dismembrationes civili effectu destitui debeant, plane sequitur neque codices redigi posse, nec fideles habere unde legitima de statu, de familia, de vita, de obitu monumenta derivent.

Cum redigi legitima forma codices a parochis nequeant, nativitatem, nuptiarum et mortis legitimae probationes fidelibus per dismembrationes auferantur

45. Praesul egregius respondet Seminarium jamdiu a laicali magistratu obtinuisse, ut pro quibusdam in antiquae paroeciae ambitu ecclesiis, codices obsignarentur veluti ad **FILIALES** ecclesias pertinentes, quas succursales vocant, atque eamdem methodum perpetuo servari posse absque fidelium detrimento. Verum tamen *magistratus qui hanc veniam dederant* cum vere **UNA** paroecia esset, ac vere aliae nonnisi succursales ecclesiae et essent et haberentur, **VENIAM HODIE NEGAVERUNT** postquam compertum habuerunt, ecclesias, quas succursales censuerunt, in distinctas paroecias fuisse immutatas.

Quamobrem Episcopi procuratores in libello diei 1 maji ad s. Ordinem, cum negare factum nequeant, novam aggre-

De contradictorum proposito qui parochos co-

hibere vellent ut ITEM (caetero-quin absurdam) CONTRA LAICOS MAGISTRATUS inirent.

diuntur viam ; et contendunt parochos debere per **JUDICIUM** contra laicos magistratus librorum recensionem vindicare. Praestat eorum verba referre loc. cit. – ibi – *Il est d'usage que le prêtre ayant droit de tenir les régistres de l'état civil fasse préparer l'en tête du régistre de manière que les protonotaires (ou le juge) n'aient plus qu'à signer et à y apposer le sceau de la cour. Est-ce ce que MM. Campion et Dowd ont fait? Non . Ces Messieurs ont écrit, PENSONS NOUS, aux protonotaires de Montréal (qui ne constituent en aucune manière, l'autorité judicaire) QUI LEUR ONT DONNÉ UNE RÉPONSE NÉGATIVE qui n'est pas sans ambiguité. S'ils se fussent plaints à la cour (comme ç'aurait été leur devoir de le faire, s'ils eussent réellement voulu avoir des régistres, Code civil, art. 45) en la forme voulue en pareil cas, du refus des protonotaires, de numéroter et parapher leurs régistres, selon les exigences de la loi, et que les juges eussent maintenu les protonotaires dans leur refus, l'on pourrait dire, JUSQU'A' UN CERTAIN POINT, que l'autorité judiciaire leur a refusé le droit d'avoir des régistres.* »

46. Prudenter contradictores monent recusationem, etiam post judicium valere – *jusqu'à un certain point* – quia tunc ad dismembrationem in praxi sustinendam, expectandum erit ut parochi recursum ad senatum interponant etc. Ante omnia igitur ecquis opportunitatis et utilitatis laudem dismembrationi non tribuat, quae sine **JUDICIALI CONTENTIONE** *inter parochos et laicos magistratus*, impleri non posset? Quid prudentius quam omnium ordinum vigentium eversionem ex lite incipere? Verum tamen quousque lis duratura erit (nec Episcopus certe divinari posset quamdiu, **QUOT ANNIS**, coram quot judicibus hoc fiet) quanam lege dismembrationes procedent? Interdum periclitari deberent, alienam fortunam,

ac familiarum decus. Quo animo, qua fide, quo jure possent ii fideles in discrimen adducere ut neque connubia neque nativitates neque obitus legitime demonstrarent? Quid praeterea si litis exitum praecavere contendas?

Controversiae summa haec est: in Quebecensi et in Marianopolitana civitate, speciali jure traditur posse SUCCURSALES ecclesias codices habere. Quid si Episcopus succursales ecclesias in proprias paroecias palam, videntibus ac scientibus omnibus canonice convertat, et aperte provincialem magistratum moneat se nolle civilem sanctionem obtinere *ne illis legibus subjiciatur?* Unum quaeretur, utrum easdem leges eodem contextu invocare valeat ad eludendos earumdem effectus: sive utrum laicale gubernium non tam paroecias sanctione deficientes agnoscere non teneatur, sed *ne possit quidem*, uti paroecias habere, quamquam tales reapse canonica definitione sint. Equidem fausta omnia parochis auguror si coram civili magistratu dimicare velint, sed nemo erit qui idipsum valeat polliceri.

Deficit in novis ecclesiis PAROCHORUM sustentatio, qui NIHIL certum percipere valent.

47. Rursus, ut aliam impossibilitatis partem aggrediamur, quomodo defendi dismembrationes poterunt, in quibus nec veteris paroeciae, nec aliarum sustentationi prospicitur? *Novas* quod attinet paroecias, nec Episcopus, nec illius gestores factum notissimum inficiantur, nihil aliud parochos congruae loco, ad vitae et ministerii praesidia, atque ad pauperum levamen habere, quam DECIMAS.

Ecquis erit qui decimas percipiat postquam Seminarium novis quibusdam paroeciis abdicaverit? Dicet Episcopus, veteri semper *civili* paroecia manente, decimas a Seminarii Rectore colligi debere, et collectas ab eo dividi inter canonicos aliarum ecclesiarum parochos. Hac tamen in re, non secus ac in aliis vehementer decipitur, obligationem fingens, quae in rerum natura non est. Nun-

quam illius memoria excidat, Seminarium postquam oblatas paroecias dimiserit, suas tantummodo retinens, NIHIL in earum administratione, praestare cuiquam debere. Seminarium igitur a decima exigenda perpetuo abstinebit. Reliquum est ut parochi directe percipiant. Sed nisi ultro ac sponte catholici decimas solvant, rectores legitime excutere neminem poterunt, quia lex nonnisi parochis LAICALI SANCTIONE probatis condictionem asserit.

48. Episcopi procuratores qui hanc rei evidentiam negant, animadvertant in primis judicia super decimarum perceptione coram LAICIS JUDICIBUS fieri. Contradictores vel ipsi sententias in *prima parte* eorum libelli designant ex opere *Manuel des curés. pag.* 94. Ibi autem invenies « *le jugement de la cour du banc du Roi, de Montréal en* 1833 – *le jugement de la Cour de Circuit de Terrebonne du* 14 *déc*, 1849. » Tum alia semper laicalia judicia ibidem invenies pag, 88, 89, alibique passim. Rursus ab eodem opere deprehendes, parocho ut decimam exigat, in judicio probandum esse « *que l'héritage où il demande dîme* ***EST DANS LES LIMITES DE SA PAROISSE*** *(Docum. num.* 13*)*.

Hisce positis, a cordato quolibet homine quaerimus: cum lex civilis alias paroecias non agnoscat, quam quae civili auctoritate fuerint erectae: cum haec judicia coram laicali magistratu ineunda sint, nec sustineri valeant, nisi *limites paroeciae* probentur, quomodo fieri poterit ut laicus magistratus limites admittat quos civilis auctoritas non agnovit? Dices fortasse fideles sponte soluturos. Sed frequentia tribunalium judicia aliter se rem habere demonstrant: non desunt enim qui suo muneri deficiant, quamquam parochum sciant legitimo jure pollere. Quid postquam compertum habuerint eum civili actione destitui?

At enim: Seminarium posset, si vellet, huic malo medelam afferre, siquidem excussionem susciperet: illud vero recusat ut difficultates augeat contra Episcopi decreta. Hoc tamen bona fide objici posset nisi GRAVIS CAUSA Seminario suppeteret. Sed dum cogitur ecclesias a se aedificatas dimittere, paroeciam magna ex parte resignare, cujus onus quale ab Episcopo imponitur ferre non potest, aequum ne esset ut etiam de *alienis paroeciis administrationem* suscipere cogeretur, et quotannis decimas exigere, rationes petere ac reddere, et interdum quaestiones obire?

Nunquam licet illud dismembrationis genus amplecti quod matrici ecclesiae grave detrimentum afferat.

49. Haec de novis Ecclesiis: perge ad antiquam. Elementari jure traditur non modo curandum in dismembrationibus esse, ut nova paroecia dote non careat, sed et ne gravius quam par est antiquae ecclesiae praejudicium inferatur. DELUCA de decimis disc. 12. num. 8 « ibi » *Eatenus locorum Ordinarii ad hujusmodi novas erectiones cum formali dismembratione procedere solent, quatenus illa parochianorum pars vel communitas quae id petit, congrue dotet novam parochiam, ADEO UT ANTIQUAE DOS ISTUD DETRIMENTUM, saltem in hac parte NON PATIATUR.* » Ac plenius FAGNAN. in cap. Ad audientiam de eccles. aedif. num. 4. « ibi » *Tertio nota . . . . non esse locum erectioni novae parochiae ex reditibus ecclesiae antiquae, nisi ecclesia matrix adeo reditibus abundet, ut ejus Rector absque proventibus novae ecclesiae assignatis competenter valeat sustentari. Quamobrem si rector matricis ecclesiae egeret reditibus sibi substractis, ILLIUS CAUSA POTIOR HABENDA ESSET, arg. c. 1. supra de paroch. etc. nam agris suis sitientibus, alieni non sunt irrigandi.* »

De contradictorum errore quod curandum sit de

50. Episcopi procuratores non latet, matricis ecclesiae *fabricam* ad divini cultus incrementum, ita aere alieno im-

paroeciae tantum minime vero de ECCLESIAE sustentatione.

plicitam esse, ut post dismembrationes ruinam declinare nequeat. Respondent nihilominus: civili lege dismembrationem inhiberi, cum *paroecia* nominibus obnoxia maneat, minime vero si idipsum de ecclesia sive *fabrica* contingat. Civilis legis assertoribus occurrere non tam ad Seminarium pertinet, quam ad *fabricae* gestores, qui, ut arbitramur, sua jura defendere non omittent. Obiter monuisse sat erit *fabricas* ecclesiarum Quebecensis et Marianopolitanae, SINGULARI JURE gubernari, ex quo fabricae, nomina, veluti AES ALIENUM PAROECIAE judicantur.

51. Finge nihilominus hanc nobis legem deficere, sive nihil de *fabricae* integritate servanda, in lege civili disponi. Quorsum ad civilem legem provocamur cum CANONICAM habeamus? Atqui non modo de paroeciis, sed etiam de *ecclesiis* traditum in jure est, novas in veteris detrimentum institui non posse. Quod vel ipse EPISCOPUS fatetur in literis diei 26 Aprilis 1866 ad fideles, suum munus esse scribens: « *aviser aux moyens d'assurer A LA NOUVELLE ÉGLISE les ressources qui lui seront nécessaires pour le service divin, et à son curé ce qu' il lui faut pour une honnête subsistance* ». Atqui non modo iniquum, sed et absurdum esset ut consuli novae ecclesiae deberet, non veteri : vel ut nova ditaretur ex antiquae ruinis. Caeterum canonicam hac de re censuram ita colligit FERRARIS in biblioth. vocab. Ecclesia, art. 3 n 34 « ibi » *Pro aedificanda ECCLESIA requiritur insuper ut assignetur dos sufficiens et congrua pro iis quae ad illius REPARATIONEM, CULTUM ET MINISTROS sunt necessaria: alias aedificari nequit. Novel.* 67 *cap.* 2 *etc.* » (*n.* 42) – « *Pro aedificanda ecclesia requiritur ulterius – ut ipsa ecclesia noviter aedificanda non vergat in praejudicium ALTERIUS ECCLESIAE, praesertim parochialis* ». Injusta igitur dismembrationum decreta censeantur oportet

siquidem sine ulla aliarum ecclesiarum utilitate, magnum matricis ecclesiae atque illius fabricae detrimentum probetur, ut breviter ostendimus.

Magnum AES ALIENUM, quo MATRICIS ecclesiae FABRICA oneratur per dismembrationes augebitur, crescentibus expensis, e procurationis difficultate.

52. Ex rationum notula, quam Deiparae Virginis ecclesia exhibet (*Docum. num.* 10) apparet *fabricam* incredibili aere alieno premi ad vim usque nummorum QUATUORCENTUM TRESDECIM MILLE. Magnam illa nominis partem suscepit ut ecclesias instauraret vel opem in aedificationes conferret. Cum usurae quotannis nummorum *quatuordecim mille* solvi debeant, sumptus reditum excedit (*Docum. d. n.* 16) et nisi interdum subsidiis Seminarium opitularetur, administratio ad ruinam vergeret. Praesul egregius hanc difficultatem non sine contradictione solvere contendit. Ac primo animadvertit *mere canonicam* dismembrationem nihil ex antiquo rerum statu immutare. Eadem, inquit, nomina manebunt, iidemque reditus, eadem ratione, ut antea, per fabricae moderatores percipiendi in omnibus ecclesiis, quas ecclesia mater alere etiam nunc tenetur. At nos facili negotio ostendimus, posita etiam communi administratione et eadem conditione rerum quam Episcopus sibi pollicetur, vehementer esse augendam ecclesiae jacturam; idque duplici potissimum ex causa: tum quia Seminarium deinceps pro alienis ecclesiis opem ferre recusabit: tum quia *difficultates*, *dissidia*, *expensae* quotidie augeri debent.

53 Difficultates quod attinet, nonulla exempla allegabimus, cum omnia referre longum nobis sit, Vobisque, Emi Patres, molestum. Praecipuus ecclesiarum reditus in iis regionibus *ex locatione SEDIUM* conficitur, quas fideles, ac praesertim divites conducere solent ad suam ac familiarem commoditatem.

54. Quis in singulis ecclesiis post dismembrationem hunc reditum legitime constituere et percipere et poterit.

canonem lucrari? Non singuli parochi, *tum* quia idoneam lege civili personam non habent, ac proinde legitimum corpus cum aliis gestoribus efficere nequeunt, tum etiam quia Episcopus UNUM fabricae sive administratorum corpus ecclesiae matris servandum proponit, atque absurdum esset illi tot capita adjicere quot paroeciae sunt. Reliquum erit, ut parochis ab omni administratione temporali novarum parochiarum remotis, parochus ecclesiae matris et fabrica seu administratorum corpus operi praesit.

55. In hac rerum confusione quis non videt quanta *dissidiorum* germina delitescant? Quomodo tot parochis et unius fabricae administratoribus, ex diversis paraeciis inaequaliter assumptis, eadem mens esse poterit? Non dissimulat Episcopus matricis ecclesiae gestores ad alias omnes alendas cohiberi. Cum parochi expensas requirant, ecquis erit petitioni modus? Adde postremo indeclinabile *expensarum augmentum* in redituum imminutione. Sacramentorum ministerium in omnibus ecclesiis paroeciarum qualitate diffusum, multos quotidianos sumptus postulat, antea minores. Adde duplex officii et ministerii rationem quandoque in eadem ecclesia pro linguae varietate, qua paroeciae fideles utuntur. Paucis: hodie lapsa est fabricae fortuna, sed si antiqua rerum conditio vigeat, si procuratio cum Seminario procedat, reviviscere poterit. Contra vero, si dismembrationes effectum nanciscantur, in deterius corruat oportet.

Quod postremo diximus in hac fabricae difficultate Episcopi consilia contradictione non vacare, discite ex ejusdem literis diei 25 Junii 1866 ad fabricae moderatores, in quibus nodum ita laconice solvit « *Si la Fabrique de Notre Dame dispose DE L'EGLISE DE St PATRICE QUI LUI APPARTIENT, et qui pourrait être pour elle une charge onéreuse, comme de ses autres propriétés, ELLE AURA*

DE QUOI ACQUITTER SA DETTE de trois cent cinquante mille piastres ». (1) Credi ne posset haec verba fuisse ab eodem Episopo scripta, qui *in ecclesia S. Patritii* PAROECIAM erexit, nisi fidelibus oculis subjicerentur? Proponitur in dismembratione, ecclesiae venditio ab Episcopo, ad aes alienum dimittendum, quod sine dismembratione aliter dimitti potuisset. Quomodo autem Praesul egregius adduci potuit ut crederet esse aliquem qui ecclesiam emere posset? Vel si neminem esse putavit, quomodo venditionem proposuit? Tum posita etiam hac impossibili venditione, qua ratione sperandum esset ut quatuor mille novae illius paroeciae fideles, diversis linguis utentes, aliam ecclesiam aedificarent?

56. Multa ex hisce incommodis, ut nuper monui, ex uno eodemque initio derivant, scilicet e divortio, immo e DISSIDIO *inter utramque potestatem*, quod Episcopus veluti decretorum fundamentum clero, fidelibus, civitati indixit et conclamavit. Quid igitur saepe in literis Praesul eximius objicit, frustra disputari de re a S. Ordine judicata? Omnia quae adversus dismembrationes excogitari possent, jam ante illius decretum a nobis edita fuisse.

S. CONGREGATIONIS DECRETUM haec damna posthabere non potuit, quae ex Novo Episcopi consilio nata sunt.

Quamquam sapientis sit, quodam providentiae intuitu futura prospicere, ut quis in usu facultatis pro divisione a Vobis, Emi Patres, admissae, hujusce discordiae propositum praevideret, non sapientis, sed PROPHETAE divinatione donari oportebat. At nos vehementer inficiamur quidquam hujusmodi tunc in Judicantium mentem venisse: ac praecipua dismembrationum damna credimus hodie primum, verendo S. Sedis judicio proponi, cum primum hodie causa malorum innotuerit.

(1) In hac computatione numerantur tantum debita pro ecclesiis contracta, in notula fabricae adjicitur aes alienum pro coemeterio contractum.

De EXEMPLIS quae in CANONICIS ERECTIONIBUS afferuntur, a laico magistratu nondum probatis.

57. Nec ferre demum possumus S. Ordinem decipi jactatione illa quae in contrariis animadversionibus legitur, scilicet non rarum in dioecesi esse canonicarum erectionum exempla, in paroeciis quas civilis auctoritas non agnovit, atque immerito damna jactari, quae experientia docuit declinari posse. Atqui non modo tam inusitata exempla sunt, ut raritate ipsa Episcoporum timores demonstrent, verum etiam in causa allegari nequeunt quia ab adversis dismembrationibus toto coelo abhorrent. Inusitata, inquam, exempla sunt. Et sane, citatum opus « *droit administratif ou manuel des paroisses et fabriques par H. Langevin* » pag. 135, ita omnes paroecias recenset in singulas coloniae dioeceses « *Québec* 143 – *Montréal* 120 – *Trois Rivières* 52 – *S. Hyacinthe* 54 – *Bytown* 33 » unde patet *duas supra quatuorcentum* paroecias in regione inveniri. Idem auctor pag. 97 seqq. illas enumerat quae civilem sanctionem non habuerunt, ac nonnisi *tres praeter viginti* describit, triginta sex annorum curriculo erectas. Quis igitur non videt quanta prudentia Episcopi in difficillimo hoc negotio processerint? ac propterea quam periculosum esset integram civitatem, sive centum ac triginta fidelium millia in tot paroecias eodem tempore disjungere?

58. Tametsi nihil tam alienum a causa est quam exempla a contradictoribus edita. Quod ut facilius percipiatis, obviam distinctionem attendite. Aliud est in extrema aliqua catholicae ditionis parte, *NOVAS paroecias ERIGERE*, aliud ubi jam a saeculis erecta fuerant, *ANTIQUAS paroecias DISMEMBRARE*.

Primum illud nullam in usu et effectu difficultatem parit, sive laici magistratus erectionem sanciverint, sive nondum probaverint, pluribus de causis. Res est de incipientibus fidelium aggregationibus, quae donec numerus, vires, opes

satis augeantur, nondum legitimis conditionibus pollent quae in civili paroecia concurrant oportet. Interea tamen cum provinciae praeses neque codices obsignare neque alia implicite agnoscere recuset, nullum metui dissidium valet. At longe aliter se res haberet, in *dismembrationibus*, si quando civili auctoritate non probante intercederent: atque idcirco istiusmodi exempla a contradictoribus non adducuntur, in quibus laici magistratus jamdiu parochum, fabricam, codices probaverint, et Episcopus contra laicam sanctionem aliam divisionem invexerit. Tunc ille occurrit duplicis parochi, duplicis fabricae conflictus, illa in decimis et publicis codicibus vitia, quae in mera ac nova erectione exulant. Haec demum canonica tantum erectio eo tendit, ut sensim perfecta paroecia civilem sanctionem assequatur: canonicae vero dismembrationes eo spectant ut perfectio jam absoluta et concordia dudum sancita, deleantur.

CAPUT ALTERUM

Ad omnium dismembrationum specimen exemplum affertur IN PAROECIA S. PATRITII.

59. Sed haec in rerum generalitate non satis definita videri possent: praestat dismembrationis damna aliquo speciali exemplo ostendere. Ecclesiam S. PATRITII Episcopus segregavit. Mitto, in actu ipso dismembrationis, Episcopum perspectum habuisse quod haec *effectu destitui deberet*, ut infra demonstrabimus, atque idcirco paroeciam constituisse in ecclesia, *cujus VENDITIONEM obtulit!* Haec HIBERNENSI nationi dudum addicta est.

Scilicet Marianopolitanam civitatem *triginta* ferme incolunt *hibernensium millia*, qui cum anglicâ lingua utantur, in nonnullis ecclesiis a fabrica vel Seminario aedificatis ad

eorum usum confluunt ; atque in iis longe reliquis eminet ecclesia S. Patritii. Sex eorum millia in protestatione, quam ad S. Ordinem tulerunt narrant: « *L'église de St Patrice a été érigée, il y a vingt ans* POUR L'USAGE ET LE SERVICE DES CATHOLIQUES DE LANGUE ANGLAISE *de Montréal . . . Le coût de l'érection de l'église de S. Patrice montant en tout à la somme* DE CENT QUARANTE MILLE ÉCUS *a été en partie fournie par une avance du Séminaire de St Sulpice, montant à quarante mille écus, et par une souscription considérable eu égard à leurs ressources et à leur nombre de la part des catholiques de langue anglaise .... Comptant sur cette condition la Congrégation a de plus dépensé des sommes qui montent en tout à* TRENTE CINQ OU QUARANTE MILLE ÉCUS *pour élever des autels, acheter un orgue, etc. (Docum. num.* 1*).*

Quamobrem facili negotio conjici potest quantum sit Hibernensium studium pro patria ecclesia. Huc multa eorum millia concurrere solent ut communi et quasi familiari frequentia laetentur : hic officia, conciones, confessiones, catechesim nativo idiomate colunt ; hic sumptuosum laborum fructum in magno templi splendore, in divini cultus apparatu intuentur : hic aliis ecclesiis pie aemulari gaudent, et sacrorum solemnium celebritate acatholicorum invidiam excitare.

60. Quid Episcopus in hac ecclesia decrevit? Ex TRIGINTA hibernensium millibus, DUO dumtaxat in ejusdem ecclesiae ditione retinuit : reliquos omnes in alias paroeccias, in alia templa disjecit. Haec rerum conditio non modo eorum jura violat, sed adeo illorum moribus est adversa ut nihil a desperantibus non sit metuendum. Velis, nolis, inter gallicae et hibernae nationis cives animi et mores diversi vigent. Quamdiu separati remanent

in propriis ecclesiis pacem servare possunt. Sed duobus hisce hibernensium millibus aequalem gallorum numerum misce in eadem ecclesia aut majorem numerum in aliis paroeciis, ita ut qui antea omnia disponere solebant, sedes pro lubitu conducere et occupare, modo cedant oportet. Quomodo fieri poterit ut eadem dissidia, tumultus, violentiae non oriantur, quae in omnibus mixtae nationis coetibus occurrunt? At miserabilior etiam est eorum hibernensium fortuna (maxime scilicet tot millium multitudinis) qui a nova paroecia segregantur. Cordibus jam infixum manet civile exilium e dulci insula, quam necessitas salutare coegit: cur nova afflictio adjicietur, ut exules etiam ab illa ecclesia fiant, in qua patriam societatem saltem inter preces ac divina inveniebant?

Adeo per dismembrationem [illegible] rum gallicae nationis incolis Hibernenses provocantur ut seditiones sint reformandae.

61. Praeterea, hibernensibus hoc persuasum est, per dismembrationem in discrimen adduci propriae nationis in colonia integritatem. Linguae, familiarum, communionis, frequentiae unitatem dissociari perhorrescunt. Non haec nostra sunt, Emi Patres, nec sine metu publicas illius nationis protestationes audivimus; sed magna multitudo, spe dejecta, Vos tantum atque hanc justitiae aram intuetur, quae si deficiant seditiones nulla hominis prudentia praepedire poterit.

Hoc illi per procuratores Episcopo nunciarunt hisce verbis. – *Nous nous connaissons nous-mêmes, et nous connaissons nos voisins;* NOUS ASSURONS A' VOTRE GRANDEUR, EN PRÉSENCE DE DIEU, QUE DE VOULOIR INTRODUIRE UN DOUBLE SERVICE (FRANÇAIS ET ANGLAIS) DANS L'ÉGLISE DE S. PATRICE VRAISEMBLABLEMENT CONDUIRA A' L'EFFUSION DU SANG, ET CONSÉQUEMMENT A' UNE GUERRE CIVILE ENTRE LES CATHOLIQUES IRLANDAIS ET CANADIENS DE LA CITÉ. *Nous l'affirmons avec reflexion, non comme une menace, mais*

comme un avertissement que nous vous devons - (*Docum. n. 2.*) Sex mille qui protestationem obsignarunt integrum hibernensium populum conficiunt, caetera enim turba constat aliis qui aetatis causa testimonium ferre nequeunt. Credite, Patres Emi, non sine gravissima aliqua ratione tot hominum millia, coetus omnes, praestantissimi viri, qui fabricae procurationem gerunt, municipalis magistratus, provinciae proceres Episcopi decretis adversantur.

De mixta populi frequentia quam Episcopus objicit in ecclesia civitatis OTTAWA.

62. Etiamsi justa caeteroquin dismembratio esset, in hisce rerum adjunctis declinari deberet, ut ait Card. DELUCA in Annot. ad Conc. Trid. disc. 16. num. 3. - ibi - *Adhuc tamen quandoque non expedit, quoniam frequens experientia docet quod hujusmodi ecclesiarum parochialium duplicitas, scissuras ac factionarias aemulationes inter utriusque clerum et populum respective causare solet.* - At Praesul egregius qui omnia fausta ac felicia pollicetur, qui immane aes alienum facile semper dimitti posse censet scribens - *l'on trouve toujours moyen de les payer d'une façon ou de l'autre*, - qui magistratus judicio compellere suadet; in hac etiam hibernensium commotione nihil videt quod pacem turbare valeat, atque Ottawae civitatem digito demonstrat, in qua hibernenses in eamdem ecclesiam cum gallorum natione conveniunt.

Expendite paullisper rerum veritatem. Fideles mixtae nationis, exigui numero, mutua negotiorum necessitate in unum coacti, in illa civitate, COMMUNI SUMPTU et ad communem usum ecclesia maedificant; quae in casu, pro HIBERNENSIBUS condita fuit. In illa civitate Episcopus futura mala prospiciens hibernensibus obtulit antiquam ecclesiam dimittere, novamque propriam extruere: hi vero recusarunt. Quam ob causam? Quia malunt contentionum periculum obire, quam suam partem alienigenis cedere atque novos sumptus perferre. In nostra vero civitate eadem

ratio unicuique suum tribuendi postulat, ne alienigenis cedant, ut contentiones removeant.

Interea putas ne illius civitatis usum ad fidelium frequentiam conferre? Quolibet die festo alternis vicibus, modo anglico, modo gallico idiomate conciones habentur. Testes qui locum visitarunt, narrant hibernenses die gallicae concionis se se invicem admonere - *hodie dominica gallorum dies est: domi possumus otio indulgere.* - Episcopus propterea nihil antiquius habet, quam ut hibernenses ad propriae nationis ecclesiam aliquam colendam inducat: et jam peculiaris eorum ecclesia prope collegium fuit extructa, alia vero S. Patritii dum loquimur aedificatur.

Caeterum alienissimo huic exemplo aliud et proximum et gravissimum opponimus. In civitate Toleti inter foederatas americanas provincias frequenti atque illustri, mixta fidelium pars constat gallis, hibernensibus et germanis. Dioecesanus Episcopus Rapp tentare voluit quod noster Episcopus decrevit, omnium in easdem ecclesias concursum. At quisnam fuit exitus? Plurimi ab ecclesiae frequentia abstinuerunt: alii in acatholicorum castra migrarunt. Quamobrem vir egregius tanta calamitate percussus, jussit cuique nationi ecclesiam addici: et modo omnes celebri fidelium concursu redundant.

63. Fac tumultus in casu averti posse: quomodo religionis detrimentum avertes? Cum duplicis nationis fideles eumdem in locum conveniant, conciones, catecheses, aliaque ministeria, utraque lingua expleri debent. Quamobrem aut uno eodemque die presbyteri ecclesiae inservientes utraque lingua omnia persolvent, et non modo laboriosum erit opus dividere, sed quandoque etiam omnia expleri non poterunt: aut alternativa methodus praevalebit, ut in civitate Ottawa, et eadem ratione eveniet ut fideles alternatim a frequentia abstineant; quod idem est

Incolae [illegible] ut [illegible] vam cultus je[illegible] ra ex [illegible] pleri ra[illegible] misterio pro uno [illegible] natum [illegible] ostenditur

ac sensim malo usu inolente, in divino cultu defervescere, ac semper abstinere.

Praeterea, quomodo Episcopus tot aliis hibernensium millibus prospiciet, qui a paroecia segregantur? Cum singuli ex iis proprias alias paroecias habere debeant, decet oves suum pastorem agnoscere, ut Episcopus saepe animadvertit, sive illos in sua quemque ecclesia christianam institutionem invenire. Oportebit igitur alias ecclesias, in quibus sex supra viginti hominum millia anglica lingua utentium Episcopus disposuit, omnes DUPLICI SERVITIO procedere non secus ac ecclesia S. Patritii : quod seu cumulative seu alternatim fiat quantum religioni ac pietati noceat demonstravimus.

Piorum operum interitus per dismembrationem in hibernensi paroecia decernitur.

64. Nec alia omnino peculiaria damna praetermitti debent ex dismembratione derivantia, antequam ad graviora et capitalia veniamus. Hibernenses in paroecia S. Patritii orphanotrophium instituerunt, in quo *quinquaginta supra biscentum* adolescentes aluntur, aere a fidelibus in antiqua paroecia degentibus collato, in vim annuam romanorum argenteorum octo mille. Pium hoc opus inter praecipuas catholicae familiae glorias in illa civitate recensetur. Cum sex ultra viginti hibernensium millia aliis paroeciis adscripti fuerint, in alia conditione versentur, aliis necessitatibus moveantur, unde nam orphanotrophium octo millia nummorum quotannis exprimet? Quomodo duo mille hibernenses immanem hunc sumptum perferent?

Et solus periculi metus (quamquam potius certa praevisio dicenda esset) ne tot innocentes in egestatem conjiciantur, Episcopum non continuit? – *Le décret d'érection* (dicit rector hibernensis Congregationis Dowd in protestatione diei 8 novembris 1866) *qui dispersera la congrégation de Saint Patrice sera l'arrêt de mort de l'asile des orphelins. Oui, ses premières victimes seront ces enfants que Dieu a laissés*

orphelins et que le décret laissera sans refuge et sans amis dans une terre étrangère.

Nec secus judicandum de aliis operibus, quae in eadem protestatione typis edita descripta sunt : nempe de *domo ancillarum hibernensium* quae servitio vacare nequeunt, de alia *pro senibus et infirmis.* Quousque hibernensium Congregatio una eademque administratione caritatis opera suscepit, potuit facere omnibus satis; sed si vires dividere debeat in alias paroecias, ut occasio feret, depondeat in incepto opus est, et ab inutili sumptu abstineat.

65. Huc usqua tamen praecipuum, maximum decreti vitium non attigimus : Episcopus enim dismembrationem fecit quae in usu et in facto ESSE NON POTEST: in jure vero conculcat ECCLESIAE LEGES flagranti violatione. Vitii originem testantur ejusdem praesulis verba in literis diei 28 novembris 1866 ad Seminarii rectorem, quae jam recitavimus, sed iterum meminisse juvabit « ibi » *C'est mon intention que les prêtres, qui sont chargés de la desserte de la nouvelle paroisse canonique DE S. PATRICE, puissent administrer dans leur église, les sacrements à TOUS CEUX de la paroisse civile de Notre-Dame dont la langue maternelle est l'anglais, ET ALLER LEUR ADMINISTRER LES DERNIERS SACREMENTS, savoir le S. Viatique et l'extrême onction etc. EN QUELQUE LIEU DE LA PAROISSE CIVILE DE NOTRE-DAME QU'ILS SOIENT DOMICILIÉS.*

En conséquence ils pourront les baptiser, les marier, leur faire faire la première communion et les pâques dans la dite église de S. Patrice, et y chanter des services pour eux, et leur faire administrer la confirmation. »

Nec secus in decreto ipso quo paroecia erigitur S. Patritii « ibi » *Nous autorisons les prêtres chargés de la desserte de la dite église (de S. Patrice) à administrer les sacrements*

à tous ceux dont l'anglais est est la langue maternelle, EN QUELQUE LIEU DE LA PAROISSE CIVILE DE NOTRE-DAME QU'ILS RÉSIDENT. »

Si hanc dispositionem cum dismembratione conjungas, habes quod divisio canonice tantum vigere debeat, non civiliter : canonice vero non impediat quominus fideles antiquae paroeciae omnes, *licet aliis paroeciis adscripti*, in ecclesia tamen S. Patritii *sacramenta percipere* possint. At quandoquidem NULLUS canonicae dismembrationi effectus esse potest, si perceptionem sacramentorum excipias, divinare sodes quid sibi voluerit Praesul egregius in hoc decreto, quod neque civiliter neque canonice consistere voluit.

Verum conditionem IN FACTO IMPOSSIBILEM Episcopus decrevit esse gravissima sacramentorum perdite.

66. Ignoscendum tamen contradictioni esset, si non modo EXITIALIS animarum saluti, verum etiam IMPOSSIBILIS in usu non evinceretur. Siquidem hibernenses, ex qualibet nova paroecia, ex qualibet civitatis parte, ad morientium praesidium, ad novissima sacramenta ministranda semper unius ejusdemque ecclesiae S. Patritii presbyteros invocare poterunt. Vide quid omnino sequi debeat.

Primo nullus parochus, nullus coadjutor, sed omnes parochi et coadjutores pariter huic ministerio erunt addicti. Deinde paroecia S. Patritii, licet quatuor animarum millibus constet, tot presbyteros coadjutores habeat necesse est, quot realis cura triginta mille hibernensium requireret. Porro, cum hibernenses morientes parocho egeant, arcessere quidem ii poterunt, tum propriae paroeciae presbyteros, tum alios S. Patritii. Sed paroeciae presbyteri qui forte ne anglica quidem lingua utentur, et compertum habebunt patrium S. Patritii clerum vocari posse, praesertim aliqua cura distenti, poscentes ad eorum nationis ecclesiam delegabunt. At presbyteri S. Patritii

ex Episcopi voluntate *possunt, NON DEBENT* sacramenta extra paroeciam morantibus ministrare, ac propterea nemo iis succensere poterit, si advocantibus probabilem aliquam rationem objiciant atque recusent. Itaque fideles ostiatim presbyteros quaerent, ac tantam parochorum multitudinem habebunt, ut reapse **PAROCHUM NON HABEANT**, eo quod alii excusatione non vacant, alii nullo jure cogi valent.

Putavit hactenus Episcopus se **DUOS** cuique ex fidelibus in civitate **PAROCHOS** adscribere (quod jam satis erat ad confusionem, uti vidimus) scilicet civilem parochum nempe parochum antiquae paroeciae, et *canonicum,* sive rectorem novae cujuslibet paroeciae. Sed cum sacramentorum ministerium ad parochum spectet, et triginta mille hibernensibus presbyteri S. Patritii sacramenta ministrare valeant, jam **TERTIUS PAROCHUS** in quolibet ex iis est adjiciendus, quem *facultativum* vocabimus.

Numerum caeteroquin noscimus: jura vero, necessitatem, jurisdictionem ne Episcopus quidem certe cognovit. Et sane, quamquam duplicis capitis, alterius civilis, alterius canonici inauditum admitteres, quorsum canonicum illud rursus alio *duplici capite* constabit? Si unus S. Patritii rector canonicus parochus pro omnibus habendus est, quorsum pro omnibus aliae paroeciae constituuntur? haec parochorum jurisdictio nullum sive civilem sive canonicum effectum habens, **SINGULAREM** dismembrationem denotat?

TRIDENTINI CONCILII CANONES DE DISMEMBRATIONE EVERTUNT.

67. Haec ipsa demum quae in in usu consistere nequeunt, in praecipuas **ECCLESIAE LEGES** impingunt flagranti violatione. Si omnia in unum colligas, deprehendes sacramenta *tum* a parochis novarum ecclesiarum ministrari posse, *tum ab iis qui parochi eorum fidelium non sunt,* scilicet a presbyteris S. Patritii. Poterit ne inaudita hujusmodi disciplina a S. Ordine probari?

Ut breviores simus, unum *matrimonii* sacramentuum expendimus. Notissima Tridentinae Synodi lex est in decreto *Tametsi*, cap. sess. 24. de Ref. « ibi » *Cum S. Synodus animadvertat etc. praecipit ut in posterum antequam matrimonium contrahatur, ter a PROPRIO contrahentium parocho tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter missarum solemnia publice denuncietur etc. Qui aliter quam praesente parocho vel alio sacerdote de ipsius parochi seu Ordinarii licentia....matrimonium contrahere attentabunt, eos S. Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, et hujusmodi contractus irritos et nullos esse decernit.* »

Quo in loco haud obscure docemur, et saepe sacra Concilii Congregatio definivit PROPRIUM dumtaxat contrahentibus parochum idoneum esse, *praetereaque neminem*; atque interpretationem exploratissimam testantur *Navarr. de cland. desp. cons.* 2. *n.* 1. *edit.* 1. *Menoch. cons.* 398 *vol.* 4. *Henriquez l.* 11. *de matrim. cap.* 3. *n.* 2. *Petr. de Ledesma de matrim. qu.* 45. *punct.* 3. *dub.* 3. *concl.* 1. *Sanchez l.* 3. *de matrim. d.* 19. *n.* 2. *Schmalzgruebar de cland. desp.* §. 3. *n.* 134.

67. At quinam est PROPRIUS contrahentium parochus ?

Respondent *Sanchez de matrim. lib.* 3 *quaest.* 23 *num.* 7. *Pont. de matrim. lib.* 5 *cap.* 13 § 1 *num.* 2. *Barbosa de paroch. cap.* 21 *n.* 36. eum esse, in cujus ditione DOMICILIUM habent. Satis sit BENEDICTI XIV testimonium in instit. eccl. 33 § Deinde « ibi » *His veluti fundamentis innititur unanimis scriptorum opinio, ob quam is proprius parochus pro celebrandis matrimoniis judicatur, IN CUJUS DITIONE DOMICILIUM CONSTITUITUR. Sacra Concilii Congregatio hanc opinionem pariter sequuta est, cum die* 18 *Novembris anno* 1702 *Mutinensis causa matrimonii proposita fuisset, in qua*

Cardinalis Bandinus Panciaticus ejusdem Congregationis Praefectus suo praesertim suffragio, opinionem quam modo exposuimus, magno studio, sapienterque tutatus est, eamque unice probandam adfirmavit ».

Unus igitur in casu pro hibernensibus idoneus ad matrimonia celebranda parochus esse potest, ille in cujus territorio, novis decretis descripto aut describendo *domicilium habent*, minime vero *alienae paroeciae* psesbyteri, scilicet S. Patritii, quos tamen Episcopus idoneos in casu renuntiavit.

68. Ac frustra Episcopi procuratores objicerent duos domicilii parochos in casu constitui, quia duos pro eodem domicilio proprios Episcopus esse voluit, ac proinde ad legis Tridentinae effectum, utrumque proprium haberi. Primo enim in jure aliquem duobus domiciliis pollere quidem accepimus; sed pro uno eodemque domicilio *duobus parochis* subjici inauditum atque absonum arbitramur.

Accedit peculiaris Ecclesiae cura pro matrimoniis; quamobrem etiamsi quis Apostolico privilegio polleat sacramenta ab aliis quem a parocho percipiendi, hoc privilegium matrimonia non complectitur, teste SANCHEZ de matrim. lib. 9 disp. 19 num. 2 « ibi » *Hinc infertur, dum bulla cruciatae facultatem recipiendi sacramenta a quolibet sacerdote concedit, minime concessionem intelligi de sacramento matrimonii* ». Tum si duplex, proprius uterque parochus, Episcopo sic jubente, admitti deberet, finis Tridentinae lege propositus everteretur. Quippe, ut idem SANCHEZ animadvertit loc. cit. « *Expediebat eum SOLUM matrimonio assistere posse QUI TANQUAM PROPRIUS PASTOR OVES COGNOSCENS, impedimenta investigare valet. Confirmatur quia nullus alius potest sponsos benedicere absque proprii parochi*

licentia, ut dicitur in Trid. sess. 24 *de matr. cap.* 1 *et derogatur ibi cuicumque privilegio; ergo signum est nolle Tridentinum virtute cujusvis privilegii alienum sacerdotem absque proprii licentia matrimonio interesse posse* ».

69. Omnino demum hanc parochialis *jurisdictionis promiscuitatem* etiam alibi, pro omnibus sacramentis TRIDENTINA SYNODUS improbavit, in *cap.* 13 *sess.* 24 *de ref.* « ibi » *In iis quoque civitatibus ac locis, ubi parochiales ecclesiae certos non habent fines, nec earum rectores proprium populum quem regant*, SED PROMISCUE PETENTIBUS SACRAMENTA ADMINISTRANT, *mandat sancta Synodus episcopis pro tutiori animarum eis commissarum salute*, UT DISTINCTO POPULO IN CERTAS PROPRIASQUE PAROCHIAS, UNICUIQUE SUUM PERPETUUM PECULIAREMQUE PAROCHUM ASSIGNENT, *qui eas cognoscere valeat, et* A QUO SOLO LICITE SACRAMENTA SUSCIPIANT, *aut alio utiliori modo, prout loci qualitas exegerit provideant* ».

